¶ Dixi 2. ꝙ ſcđm ſeculū doctrinale qđ icepit a moyſe: ⁊ durauit vſqꝫ ad xp̄m. Tūc hoīes habuerūt doctrinā ⁊ legē ſcriptam: datā a deo Moyſi in monte ſinai. ſedēs quaſi in cathedra magiſtrali. vt patꝫ Exo. 19. et 20. capitulis. Hoīes tunc in iſto ſeclo. ꝑ iſtam doctrinā ⁊ legem circa agēda. Credēda ⁊ ſperanda ſe gubernabāt quo ad moralia. cerimonialia ⁊ iudicialia. q̄ tria in ſūma lex continet iuxta illud Apl'i. ad Ro. 7. Lex ſancta eſt. quo ad cerimonilia. ⁊ mandatuꝫ iuſtum. quo ad iudicialia. ⁊ bonum quo ad moralia ⁊ ad Gal'. 4. dicit apoſtol's Priuſqꝫ veniret fides ſub lege eramus ꝯcluſi. Et qꝛ tūc hoīes in iſto ſcl'o hēbāt maiorē cognitionē de deo ꝑ legē datā: et magiſ erāt illuminati circa agenda/ credēda ⁊ ſꝑanda qꝫ i priori ſeculo naturali: ido pctā que fiebāt in iſto ſeculo: grauiora reputabāt̄ ⁊ grauius puniebāt̄. qđ pꝫ ꝑ penas quas lex inferebat ꝓpter qđ dicit pſalmiſta q̄ fuit in iſto ſcl'o. p̄s. 89. Poſuiſti iniq̄tates nr̄as i ꝯſpectu tuo. ſ. illas reputās grauiores. Ea grauius puniēdo. ⁊ cauſa ē qꝛ ſeclm nr̄m in illuminatōe vultus tui. De iſto ſeculo dicit btā v̄go ad intellectum ſupradictū. Ab initio ⁊ añ hoc ſeculū creata ſum. ſ. vt ꝑ me ⁊ in me circa credēda/ agenda ⁊ ſꝑanda ꝯplerent̄ oia bona: ⁊ multo maiora q̄ fuerūt in illo ſeculo. In illo enim ſeculo hoīes gubernabāt̄ ⁊ regebāt̄ ꝑ legē eis datā ꝑ Moyſen. Sed btā virgo ꝑfectior lex fuit qꝫ illa ⁊ qꝛ lex: ⁊ quia talis lex. ¶ Primo qꝛ lex. legis ꝓprium eſt vicia ſtirpare qđ non ꝑfecte fuit lex moſayca que ꝑmiſit aliqua mala minora tanqꝫ bona: vt vitaret maiora. vt libellū repudij ne vxores interficerēt. Deute. 24. Et dare vſuras extraneis ne fratres ꝓprios grauarent vt habetur Deut̄. 23. Propter quod dixit xp̄s iudeis de libello repudij. Mat̄. 19. Ad duritiaꝫ cordis vr̄i moyſes ꝑmiſit vobis libellum repudij. Sed btā virgo ꝑfectior lex fuit qꝫ iſta. qꝛ ⁊ vicia oia ſtirpauit: ⁊ act⁹ hūanos ad bonuꝫ ordinauit: ⁊ hoīes ad felicitatē induxit. Et veritateꝫ plene ⁊ lucide tradidit. que ſunt quattuor eſſentialia legis cuiuſlꝫ. ſm qđ ponit Ariſtotiles in. 2. Politicoꝝ. Propt̄ qđ ip̄a ſicut bona ⁊ pia mr̄. Prouer. 6. dicit nobis. Cōſerua fili mi p̄cepta pr̄is tui: ⁊ ne dimittas legē mr̄is tue. ¶ Scđo ꝑfectior lex btā virgo qꝫ illa moſayca: ꝑ quā hoīes in illo. 2. ſeculo regebāt̄ur: qꝛ talis lex. qꝛ illa lex erat timoris: qꝛ penas tranſgredientibus inferebat. Btā v̄go lex amoris: que penas ⁊ culpas remittit. Illa ꝑſeq̄bātur peccatores ꝑ iuſticiā: btā virgo ꝑſeq̄t̄ eos ꝑ miam. Ipſa ē lex dn̄i imaculata ꝯuertēs aīas teſtimoniū dn̄i fidele ſapiaꝫ preſtās puul'. in. p̄s. 18. Propter quod dauid de ea dixit dn̄o Cuſtodiaꝫ legem tuam ſemper in ſeculuꝫ ⁊ in ſeculum ſeculi. p̄s. 118.

## Tertia pars.

¶ Dixi 3. ꝙ fuit ⁊ eſt tertiū ſeclm ſpūale. ⁊ iſtud ſeculū fuit ⁊ icepit a xp̄o: ⁊ durabit vſqꝫ ad finē mūdi. in quo oia hēmus ſpūalia ⁊ credibilia agēda ⁊ expectāda. qꝛ intelligimus oia ſpūalr. nō carnalr ⁊ lr̄alr: ſicut in p̄cedēti ſeculo. iuxta illud Apl'i. ſcđa. Cor. 3. Littera occidit ſpūs aūt viuificat. Nō promittūtur in iſto ſcl'o tp̄alia ſicut in alio vel p̄cedenti ſcl'o: ſꝫ ſpūalia ⁊ celeſtia. De iſto ſeculo ſcribitur ad Ro. 8. Nihil nūc. i. in iſto ſeculo dānatiōis eſt hijs q̄ ſunt in xp̄o ieſu. qꝛ nō ſm carnē ambulāt ſꝫ ſm ſp̄m. Btā aūt virgo nō ſolū fuit in hoc ſeculo realr: ſꝫ añ hoc ſecl'm fuit electa ⁊ preelecta. Qꝛ elegit eam de⁹ ⁊ p̄elegit eaꝫ: vt eēt mr̄ dei ſuꝑ oēs mulieres ſingulariter. ⁊ ad iſtum intellectū dicit thema ꝓ iſto ſeculo ſimul cum alijs p̄teritis. Ab initio ⁊ añ ſecula creata ſuꝫ. Verū eſt tñ ꝙ qꝛ ab iſto ſeculo filius ſuus glorioſus iam receſſat: ⁊ iam in. 4. ſecl'o reſidebat: qđ eſt ꝑpetuū ⁊ eternū. qđ incipiet a reſurrectiōe gn̄ali ⁊ vſqꝫ in eternuꝫ durabit. de quo in. p̄s. 144. Regnū tuū regnū oium ſecloꝝ. et dn̄atio tua in oi gn̄atōe ⁊ gn̄atiōe. Ideo ꝓpter filij ſui amorem ⁊ deſideriū: exns in hoc ſeculo. 3⁹. Quartū ſeclm ꝑpetuū ⁊ eternū deſiderabat. ꝓpter qđ dicit qđ ſeq̄t̄ in textu themat̄. Et vſqꝫ ad futurū ſeculū nō deſinā qđ ē quartum. vbi reſidet fili⁹ meus. i. vſqꝫ tenet̄ hic incluſiue. i. in illo ſeculo etiā nō deſinam. ſicut ibi



PP VI VALENTINVS
FERDINANDVS

Sede a dextris meis. Donec ponam ⁊c. i. ⁊ eti
am poſtꝗ̃ poſuero inimicos tuos. ⁊c. Sede a
dextris meis. ⁊ loquẽdo de hoc. 4°. ſeculo ſi-
mul cũ alijs dicit btã virgo. Ab initio ⁊ añ ſe-
cula creata ſuʒ. Ouidi⁹ lib. 4. metamorphoſe
os. Deſcribit quattuor ſecula: quorũ. Primũ
dicit aureum. Scõm argenteũ. Tertiũ ereuʒ.
Quartũ ferreũ. Primũ optimũ ⁊ bonũ in cõ
patiõe alioꝝ. Scõm malum. Tertium peius.
Quartũ peſſimum. ⁊ de quolʒ iſtoꝝ ad intelle
ctum ꝓdictũ ⁊ de omibus ſimul dicit ꝟgo. Ab
¶ Primũ aureũ in quo ho- (initio ⁊ añ ſcl'a ⁊c.
mies viuebãt i innocẽtia. victus coꝝ fuit pcus
⁊ tardus. Fruct⁹ / nuces ⁊ poma vt pulcre po
Boe⁹. nit Boetius. 2. de cõſolatõe metro. 5. vide ibi.
Felix nimiũ prior etas ⁊c. Veſtes erant de la
na oviũ in colore ꝓprio. Nõ erat ſcarlatũ nec
purpura. tũc nõ erant iudicia. quia nullus ali
um iniuriabat: ſ alienũ tanꝗ̃ ſe diligebat. Et
iõ merito illud ſeculũ dicebat aureum. qꝛ ſicut
aurũ ꝓcellit oia metalla: ſic illud tẽpus oia alia
Vñ de iſto ſcl'o dicit Senaca ad lucillũ in iſto
ſeculo aureo Soli ſapiẽtes gubernauerunt.
¶ Scõm ſeculũ iaʒ fuit malũ ⁊ minus laudabi
le qd̃ fuit argẽteũ. ⁊ nõ tñ valʒ ſicut auꝝ. Tũc
cupiditas incepit pullulare: fraus ⁊ caliditas
creſcere. Tũc incepũt hoies vẽdere ⁊ emere:
põdera ⁊ menſas inuenire. tunc qlʒ ab alio ſe
diuidere: ⁊ meũ ⁊ tuũ introducere. ⁊ ſic cõe de
ſtruere: ⁊ ꝓpriũ facere. Tũc incepũt inſurge-
re bella: ⁊ hoies ſine qete viuere. Vñ dicit Se
neca. Quietã vitã agerent hoies: ſi hec duo ꝓ
nomina de medio tollerentur meũ ⁊ tuum.
¶ Tertiũ ſeculũ fuit peius qd̃ fuit ereum. qꝛ es
eſt peius ꝗ̃ argẽtum. Iſtud eſt ſeculũ aduoca
toꝝ. tũc incepũt leges / canones / fori / ⁊ cõſue-
tudines. Hoies creuerũt in ingenio ⁊ ſcia ⁊ ꝑ
ſubtilitates ⁊ aduocationes: ⁊ ꝑ ſonoroſas al-
legationes aduocationũ qꝛ es eſt ſonorosum:
cõtra ꝟitatẽ ⁊ iuſticiã loquẽtiũ inceperũt face
Caſſio re de tuo meum. Pro iſto ſcl'o dicit Caſſiodo-
dorus rus. Vidi morbũ ad cuius curã nõ repiebatur
medicus. Nõ vidi cãm ad quã tuẽdã nõ repie
¶ Quartũ ſeculũ qd̃ ſucceſſit: ẽ (tur aduocat⁹
ferreũ. iſtud fuit ſclʒ gẽtiliũ / grecoꝝ / troianorũ
⁊ rõanoꝝ. in quo hoies diuerſa gña armoꝝ fa-
bricauerũt ꝓtectiua ⁊ inuaſiua / caſtra / turres
⁊ fortalicia: vt vi armoꝝ facerent de tuo meũ.
vt ꝙ in ſecl'o ereo obtinere nõ potuerũt vi ver
borum: Saltẽ in iſto ſeculo ferreo obtinerẽt vi
armoꝝ. Iſtud ſeculũ fuit romanoꝝ. ſm qd̃ po-
Aug⁹ nit btũs Aug⁹. ꝑ totũ proceſſum. 10. prioruʒ li
broꝝ de ciuitate. vbi dicit ꝙ romani ſumpſerũt

ferrũ cõtra oẽs gentes ⁊ nationes. i. arma. In
iſto ſeculo fuerũt hoicidia / furta / ⁊ latrocinia /
ſanguis effuſio / piuria ⁊ oia mala. Iſtud ſcl'm
eſt nequã ⁊ peſſimũ. d̃ quo dicit Aplſ. ad. Ro.
12. Nolite cõformari huic ſeculo. In hoc ſcl'o
fuit btã virgo in quo immaculatã ſe cuſtodiuit
Sciuit ꝙ religio ſcã ⁊ imaculata hec ẽ: Imma
culatũ ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Jaco. 4. A
quo ſeculo hodie eſt erepta. Dicim⁹ hodie de
ea. Regina mũdi hodie d̃ hoc ſeculo nequã eri
pit: ⁊ in ſeculũ ſeculoꝝ qd̃ eſt ſeculum celeſtis
glorie cũ ſuo glorioſo filio collocata. Vbicũꝗ̃
enim inuenies in ſcriptura ſeculũ ſecli ⁊ ſecl'm
ſeculorum: intelligitur de ſecl'o glorie celeſtis.
Vide gloſaʒ ſuꝑ verſuʒ. ꝑs. 145. Exaltabo te
deus meus rex: ⁊ bñdicã noi tuo in ſeculũ ⁊ in
ſeculũ ſeculi. ¶ Hic in iſto ſeculo btã ꝟgo hʒ et
Primũ cũ filio ſuo regnat. vñ dicit (facit tria
ꝑs. 145. ſibi. Regnũ tuũ regnũ oium ſeculorũ:
⁊ dñatio tua in oi gñone ⁊ gñonẽ. Scõm cũ a-
lijs ſcis ⁊ beatis ore deũ laudat. nã dicit Pſal
miſta. ꝑs. 83. Beati q̃ hitãt in domo tua dñe in
ſecula ſeculoꝝ laudabũt te. Et ipſa dicit ſuo fi-
lio. ꝑs. 144. Per ſingulos dies bñdicã tibi: ⁊
laudabo nomẽ tuũ in ſeculũ ⁊ in ſeculuʒ ſecli.
Tertiuʒ. filiũ ſuũ cũ alijs ſcis tota mente ⁊ cor
pore ⁊ deuotiõe adorat. de q̃bus d̃r Apoc. 4.
Adorabãt viuẽtẽ in ſecula ſeculoꝝ. ¶ Ecce q̃t
tuor. Secula deſcripta de q̃bus ad intellectuʒ
ꝓdictum dicit hodie btã virgo. Ab initio ⁊ an-
te ſecula creata ſum. i. ordinata ſum. Ad iſtuʒ
honorẽ gloriã ⁊ exaltationeʒ in qua hodie ſuꝑ
oẽs ſcõs ⁊ angelos exaltata ſum.

## Sermo ſeptimus.

IN plenitudine ſan-
ctorũ detẽtio mea. Eccli. 24. et
in epl'a hodierna. Pro ꝟgie glo
rioſa ꝑfecte laudandũ: debemus
facere figurã circularẽ. qꝛ figura circularis eſt
ꝑfectiſſima. Hodie eſt vltimũ gaudiũ btẽ ꝟgi-
nis qd̃ fuit eius aſſumptio in celũ. Primũ ei⁹
gaudiũ fuit. eius ꝑ angelũ ſalutatio. cõiũgam⁹
ergo vltimũ primo: ⁊ erit circulus ꝑfect⁹. hoc
habebit debitã executionẽ: ſi cũ eius vltio gau
dio aſſũptionis de quo hodie celebramus: cõ-
iungimus gaudiũ ei⁹ dñice annunciationis et
angelice ſalutatõis dicẽdo. Aue maria gr̃a ⁊c.
¶ In plẽitudie ſcõꝝ. ⁊c. lib. ⁊. ca. Regi. Vt vi
deatis honorabiles dñi in ꝓſenti meã imagina
tionẽ. ⁊ thã nr̃m ad honorẽ ⁊ laudẽ ꝟginis ha
beat declarationẽ: noueritis ꝙ ſm qd̃ dñt hy-

ſtorie ⁊ ponunt antique cronice. quedam ciui
tas fuit in hyſpania In bono aere ⁊ optiõ loco
ſita / nobilis / pulcra / potẽs ⁊ habũdãs. q̃ voca
ta eſt Emerita. Ideo qꝛ rõani ꝑ qete ⁊ hitatio
ne illoꝝ q̃ multũ ꝓ re publica laborarũt ⁊ ma
gna meruerãt: illam dedicarunt ⁊ aſſignarunt.
ideo in poſuerũt ſibi nomẽ Emerita. q. ciuitas
emeritoꝝ. ¶ Ad ꝓpoſitũ. btã virgo glorioſa ma
ria q̃ hodie ẽ hoc ſeculo nequã eripit: ꝓ re pu
blica totius hũani gñis multum laborauit. naꝫ
ex ea Ortus eſt ſol iuſticie xp̃s de⁹ nr̃. Qui ſol
uens maledictionẽ: dedit benedictionẽ. In to
ta vita ſua ei⁹ cogitatio / locutio / vita / ⁊ actio /
Odil⁹ ſemper intenta fuit in dño. vt dicit Odilius clu
maceñ. Ideoq꜄ ꝓ meruit ꝙ ex ea dei filius cor
pus nr̃e redẽptiõis ſuſciperet. per quẽ oĩs male=
dictio ſoluta eſt: ⁊ celeſtis bñd in totum venit
mundum. De labore quẽ ptulit btã virgo ꝓ re
publica ⁊ ſaluatõe hũane nature: poſt xp̃m di=
cit ipa cũ aplõ. pria. ad. Cor. 15. Habũdantius
oĩbus laboraui. et Eccli. 33. Nõ mihi ſoli labo
raui ſꝫ oĩbus exqrentibus diſciplinam. iõ ꝓpt
hũc laborẽ: reportare. debꝫ pmiũ ⁊ qetẽ. Scri
ptum eſt enim. Sap. 10. Reddet deus merce=
dem laborũ ſcõꝝ ſuorum. iõ eius filius glorio=
ſus hodie tanq̃ bñ emerite in labore ⁊ tẽpe. qꝛ
ſexagenaria. Uel ſm alios ſeptuagenaria ĩ eta
tate: aſſignat ſibi ꝓ ſua qete ⁊ hitatõe ppetua
ciuitatẽ padiſi: q̃ merito vocat Emerita qꝛ ꝓ
¶ Ampli⁹. videm⁹ ꝙ qñ (emerit) deputata.
aliqua nobilis pſona mutat hitationẽ ſuam de
vna ciuitate ad aliã. Oĩbus qb⁹ erat ꝓpitia ⁊
recipiebãt ab ea bñficia: libenter ab ea petũt ⁊
interrogãt vbi eſt vel ẽẽ debet eius hitatio: vt
ſi pro ſuis neceſſitatibus ad ipam recurſuꝫ ha
beant: eam poſſint facilius inuenire. Sic diſci=
puli Joãnis interrogauerũt xp̃m. Jo. 1. d. Ra
bi vbi hitas. Ad ꝓpoſitũ. Btã virgo maria ho
die tranſfert ſe de ciuitate huius mũdi ad ciui=
tatẽ Emeritã padiſi Sua mĩa ſemp nobis fuit
ꝓpicia. Multa nobis cõtulit bñficia: ⁊ pro no
ſtris neceſſitatibus ea cotidie indigemus. Tu
patrona hũani gñis. tu reis ⁊ afflictis medici=
na ſingularis. Quis tuo nõ egeat munere: cũ
Ber⁹. omibus ſit peccare cõe? inqt ei Bernardus in
qdã oõne. Faciam⁹ ḡ ſibi duas qſtiões in pñti
¶ Prima cũ diſcipulis Joãnis. an eſt iſta glo
ſa vgo maria Ubi hitas? Et ad iſtã qſtionem
nobis rñdet p illud. Eccli. 24. Exaltaui ſuper
terraꝫ hitationẽ meã. Et hoc de ciuitate Eme
rita hoc eſt de qua dico vobis in Epl'a hodi=
erna. In ciuitate ſcĩficata ſilr requeui. ꝓ iſta ci=
uitate dico vobis ⁊ certifico vos cum pr̃e meo

Dauid. d. Hec eſt requies mea in ſecl'a ſcl'i. hic
hitabo qñ elegi eam. ps. 131. ¶ Scđam qſtionẽ
quã hodie poſſumus facere btẽ virgini eſt iſta.
que cauſa virgo glĩoſa. Quare illã ciuitatem
Emeritã padiſi ꝓ tua Requie ⁊ hitatõe ppetua
elegiſti. ¶ Et ad iſtã queſtionẽ nobis rñdet be
ata virgo tres ptes themati Preaſſumpti In
plenitudine ſcõꝝ detẽtio mea. Iſto mõ tria ſũt
q̃ me mouẽt ⁊ quelꝫ hoĩeꝫ vel pſonaꝫ ad eligẽ
dũ ſibi aliquã ciuitatẽ vel locum admanẽduꝫ.
Primuꝫ qñ oĩbus bonis habundat. ideo ele
gi mihi ciuitatẽ Emeritã padiſi: qꝛ eſt In ple
nitudine. iuxta primã thematis partem.
Scđm qñ eſt hitata honorificis ciuibus. ideo
ego iſtã elegi quia eſt Sanctorũ. iuxta ſecũdã
thematis partem Ex hoc denuntio vobis.
Tertiũ qñ ibi ſuꝫ pro ſẽp collocacta. ⁊ iõ ibi De
tentio mea. iuxta tertiã thematis partem.

## Prima pars

¶ Dico prio ꝙ btã virgo dicit nobis ꝙ
elegit ſibi ciuitatẽ Emeritã padiſi
ꝓ ſua perpetua hitatõe: qꝛ eſt ⁊c. Juxta pri=
mam thematis ptem. In plenitudine. Ciuitas
Emerita padiſi ẽ ciuitas plenitudinis ⁊ habũ
dantie oĩum bonoꝝ. Ciuitas huius mũdi ter=
rena: eſt vbi repit vacuũ qđ eſt cõtra naturaꝫ.
Aſpexi terrã ⁊ ecce vacua erat. ⁊ nihil dicit ꝓ
pheta. Jere. in. ca. 4. Sed in ciuitate emerita
padiſi nõ repit niſi plenũ qđ ꝯuenit cũ natura.
Et illud plenũ eſt ſupra naturã. ſm eni Ber= Ber⁹.
nardũ ſup cantica ſmõe. xi. tractãs illud Apl'i
Deus erit oĩa in oĩb⁹. dicit. i. ſufficientia ⁊ ple=
nitudo oĩum. qꝛ ibi videbim⁹ deũ ſine ſmio /
amabim⁹ ſine medio / cohẽbim⁹ ſine malo / ple
ni deo / pleni iubilo / pleni gaudio. de quo xp̃s
dicit Petite ⁊ accipietis: vt gaudiũ veſtrum
ſit plenũ. Iſtius plenitudinis ſup oẽs ſcõs bea
tos. hꝫ pticipium btã virgo in ciuitate paradiſi
Emerita. Cũ eni plenitudinẽ habuerit in ciui
tate huius mundi terrena gr̃e ⁊ meriti ſup oẽs
viatores: ſeqt ꝙ hꝫ in ciuitate emerita padiſi
plenitudinẽ pmij ſup oẽs cõprehẽſores. Cũ ex
regula coronata theologoꝝ gr̃a ⁊ meritũ vie=
reſpondent ⁊ ꝓportionent cũ pmio pr̃e. In via
enim btã virgo hũit plenitudinẽ gr̃e ⁊ meriti.
ꝙ probat ex trib⁹ ex pimẽtis p q̃ manifeſte de=
mõſtrat ꝙ aliqđ vas liquore quẽ ꝯtinet ẽ ple=
Primũ experimentum eſt ſi vas de illo (num.
liquore non poteſt amplius recipere.
Scđm ſi qualꝫ ptẽ vaſis liquor impleuit.
Tertium ſi ex ſuper habũdantia liquoris vas
ſuperexit ⁊ tranſfundit liquorem.

...ANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS...

# De aſſumptione.

¶ Primum experimentuz qꝺ ꝺr̄at aliqꝺ vas li-
quore qꝺ cōtinet plenū eſſe : eſt ſi non pōt am
plius recipe. tūc ſine heſitatōe aliqua dicimus
ꝙ illud vas eſt plenū. Iſtud experimētū hēmus
ꝑ fidem ⁊ credentiam de btā ꝟgine ſup oēs
ſanctos. Uas admirabile opus excelſi btā vir
Hier°. go. Nā ſm̄ Hieronymū ſuper illo. Luc. I. Aue
grā plena in ſmōe hodierno. Ceteris ꝑ partes
pr̄at grā: Marie vero totā ſe infundit grē ple
Ber°. nitudo. Legim⁹ inqt Bernardus. Stephanū
plenū grā. Et aplos ſpū ſcō repletos: ſꝫ longe
diſſimilr a maria. ¶ Scōm experimētū ꝙ ꝺr̄at ali
quod vas liquore qꝺ ꝯtinet eē plenū. Eſt qñ
quamlꝫ ptē vaſis liquor implet. Tūc ſine heſi
tatōe dicimus ꝙ illud vas illo liquore ē plenū
Iſtud experimētū hēmus ꝑ fidē ⁊ credētiam de
btā virgine. Cū eniꝫ dia grā in ſcōꝝ aias tanꝗ̄
in ſbꝫ propriū ſe trāſferrat: In aias ſcās ſe trāſ
fert. Sap. 7. Cōſtat ꝙ in glorioſa maria virgi
ne nō ſolū in aia ſꝫ ⁊ in ventre ⁊ in facie ⁊ in to
Aug° to corpe. ſm̄ Auguſtinū ſup illo angeli dicto.
Dñs tecum. vñ dicit. Dñs tecū in mēte. Dñs
tecum in vētre. Et iō vt inqt Aug°. Angelus
dixit ſibi Aue grā plena. quo ad plenitudinem
mētis. Dñs tecū. quo ad plenitudinē ventris.
qꝺ patꝫ ex hoc qꝺ ſubiungit. Ecce cōcipies in
vtero. Fuit etiā grā plena in facie ⁊ in toto cor
pore. Uñ ſm̄ teſtimoniū iudeoꝝ Cum eēt pul
cerrima in facie: nunꝗ̄ fuit ab aliquo cōcupi-
ta. imo faciei ſue aſpectus tāte ꝟtutis fuit: ꝙ in
quocūꝗ̄ eam aſpiciēte oēm motū carnis extin
guebat. vñ poſſumus ſibi dicere. illud Heſter.
4. Mirabilis es tu dña qꝛ nō ſolū aia tua. Sꝫ
⁊ venter tuus ⁊ corpus tuū ⁊ facies tua plena
¶ Tertiū experimētū qꝺ ꝺr̄at aliqꝺ (eſt grāꝝ.
vas liquore quod ꝯtinet eē plenum eſt. Qñ ex
ſuphabūdantia liquoris vas ſuperit. Tunc ꝓ
certo dicimus ꝙ vas illud eſt plenū. Iſtud ha
bemus experimētū in btā ꝟgine. Nā ex habūdā
tia ⁊ copia ſui liquoris ⁊ grē ſuper effluit: ⁊ de
dit nobis De plena grā ſua nō in aliquo dimi
nuta. ⁊ ſic poſſum⁹ cū veritate dr̄e illud Io. in.
ca. I. De plenitudine eius oēs accepimus gra
Ber°. tiam. imaginat btūs Ber°. in ſmōe hodierno
ꝙ btā ꝟgo eſt rebeca ad quā miſit abraā per
quē intelligit deū. Per nūciū ſuuꝫ eliezer per
queꝫ intelligit angelū gabrielē. Cū eēt rebeca
vxor filij ſui yſaac per quē intelligit deū filium
⁊ vt patꝫ hyſtoria. Geñ. 24. Rebeca de plena
ydria ſua de fonte dedit bibere Eliezer: ⁊ ca-
mellis ſuis auſit aquā donec cūcti biberēt. Su
per iſta hyſtoria dicit Beruard⁹. ſic. De plena
ydria tua aquā bibimus ꝟgo ſacra. Bibit an-

# Sermo ſeptimus

gelus / bibit camellus / bibit architiclinus / Bi
bit angelus / Qꝛ virū non cognoſco. Bibit ca
mellus ꝙ de hūilitate ſingulariter ſingularis.
Sed nō in hijs duobus metretis plena ē ydria
tua. Capit me tretas binas ⁊ ternas / bibat ar
chiticlinus / auriat miniſter angelus ⁊ ferat ar
chiticlino. i. prī trinitatis principio. Bonū vi-
num ſuaſti vſꝗ̄ adhuc. ſ. ꝙ ꝟginitate remanē
te dei filio fecundaris. Ait eni tibi angel⁹ Qꝺ
enim ex te naſcet ſcm̄ vocabitur filius dei. ac ſi
dicat. Cū eo ſolo tibi iſta gñō eſt cōis. Patet
igit plenuꝫ vas ex pte liquoris. de quo vas nō
pōt amplius recipe. Et ex pte cuiuſlibꝫ partis
vaſis quas ptes liquor debet replere. ⁊ ex ſup
habūdantia liquoris quia vas ſup effluit: ꝓba
tur ⁊ declaratur btām virginem liquore gra-
tie fore plenā. Qꝺ pōt adhuc declarari quo-
dā exemplo familiari. Qꝛ ad modicū tactum
alicuius vaſſis liquore pleni vtputa ſi tacca ſit
aqua plena: ſup effluet ⁊ effūdet aquā. Sic ad
modicū Tactū marie btē ꝟgis cū vno Aue ma
ria: Statim ꝺ ſup effluenti plenitudine ſue grē
nobis effundet. vñ Bernardus dicit ſibi ſic. Il Ber°.
le ſolus O btā virgo laudes tuas ſileat: qui te
in ſuis neceſſitatibus inuocatā nō ſenſit affuiſ
ſe. Et quid mirꝫ ſi inuocata a deo: q̄ etiā nō vo
cata pſto es. Et ſi iſtā plenitudinem btā virgo
hūit hic in via in merito: nunqd maiorē hēbit
in ciuitate paradiſi. Emeritā in pmio: Cuꝫ in
illa ciuitate impator ſupme rome ſemp pmiet
vltra condignū ex theologoꝝ antiqua regula
coronata. Dicit nobis igit btā virgo rñdendo
ad queſtionē de ſua hitatōe ꝑ nos factaꝫ: cum
Dauid prē ſuo. Hec reqes mea. ſ. ciuitas padi
ſi Emerita in ſeculū ſeculi / hic hitabo. ⁊c. Et
eſt cauſa qꝛ oibus bonis habūdat. Nam eſt in
plenitudine iuxta primam partē thematis. Et
hoc de prima parte ⁊ prio tractatu nr̄i ſmōis.

## Secunda pars

¶ Dixi 2. pricipalr ꝙ btā virgo nobis di
cit qꝺ elegit ſibi ciuitatē Emeri-
tam pſonali ꝓ eius ppetua hitatōe: qꝛ illa ciui
tas eſt bonis ciuibus hitata qꝛ ſanctoruꝫ iuxta
ſcōam thematis. ¶ Pro iſto tractatu ſciendꝫ
ꝙ impator ſupme rome qui ꝟgini glorioſe pro
ſua hitatōe ppetua iſtā ciuitatem aſſignauit: di
ſpoſuit ꝙ hodie in pceptōe poſſeſſiōis hitatio-
nis dicte ciuitatꝭ nō intraret: ſine oium ſancto
rum ſocietate honorifica. ⁊ non ſolū cum oium
ſcōꝝ ſocietate: Sed ⁊ cū oium ſcōꝝ ꝓceſſione.
hoc poſſum⁹ videre ⁊ intelligere ex ꝓphia quā
fecit dauid. Pater ſuus de ea ꝓ iſta die dicēs.

Surge dñe in requiem tuā: tu ⁊ archa ſanctifi
cationis tue. Sacerdotes tui induanť iuſticiā:
⁊ ſcī tui exultēt. ps. 131 Et qꝛ iſti ſcī debebant
virgini ꝓceſſionaliter occurrere dicit Dauid.
ps. 49. Cōgregate illi ſcōs eius: q̄ ordināt te=
ſtamētū eius ſup ſacrificia. Jubeť ģ in hac die
ſacratiſſima p virgīs filiū: archangelo gabrie=
li virginis panimpho ⁊ ſecretario: vt pro ſue
mr̄is in ciuitate padiſi Emerita glorioſa rece
ptione: ſcōꝝ ꝓceſſionem ordinet: diſtiēta loca
prout congruit q̄buſtȝ aſſignando. Jnq̄t enim
virginis filius gabrieli. illud Job. 38. Nunq̄d
(affirmatiue) tu noſti ordinem celi ⁊ pones rō
nem eius in terra. Qui iuſſui dñi ſui ⁊ virgīs
filij hūiliter obtēperans: pro dei genitricis oc=
curſu proceſſionem ſanctorum diſponit ⁊ ordi
nat: ſtationes ⁊ loca aſſignando quibuſlibet ꝓ
ut ſequitur in hunc modum.

¶ Primo virginibus aſſignauit Orbē lune.
Scōo confeſſoribus Orbem mercurij.
Tertio martiribus Orbem veneris.
Quarto apoſtolis Orbem ſolis.
Quinto prophētis Orbem martis.
Sexto patriarchis Orbem iouis.
Septimo ⁊ vltimo angelis Orbem ſaturni.

¶ Primo btā ⁊ glōſa virgine ad celi ciuita=
tem Emeritā aſcendēte vt honorabilr̄ ⁊ ꝓce=
ſſionalr̄ ab oībus ſcīs dicte ciuitatis cōciuibus
recipeť: gabriel aſſignauit v̄ginibus Orbē lu=
ne. ⁊ cōgrue iſtum locū ⁊ orbem v̄ginibus aſſi
gnauit qui eſt igni cōiunct⁹: ⁊ ab ignis cōbu=
ſtione remanet alienus. Sic v̄ginitas inter v̄=
tutes ceteras ſine combuſtione ꝑmanet. Cum
tū igni cōcupie ⁊ cum carne ſit ſemp coniūcta.
Hier⁹. pro tāto dicit Hieronymus. qꝛ eē in carne ⁊ vi
uere ꝑter carnem: vita angelica eſt nō hūana.
Hic ordo v̄ginū depcatus eſt v̄ginem cū fuit i
loco eis aſſignato: vt earū eēt ꝑpetuo prioriſa.
vt ſicut fuit iſtius ordinis prima in terris: ſic ⁊
eius ducatū gereret in celis. Quib⁹ v̄go an=
nuēs: eis gratiſſime rūdit. qꝛ vt v̄go ⁊ virginū
v̄go eaꝝ volebat eē prioriſſa ⁊ hēre perpetuam
cōicationem / ſʒ ꝑpter alias v̄tutes: cum alijs
ſcīs hēbat pticipationē: ⁊ iō dicit eis. qꝛ cū ple=
nitudine ſcōꝝ eēt ſua hitatio. Vn̄ dicit eis tha.
Jn plenitudine ſanctorum detentio mea.

¶ Scōo btā ⁊ glorioſa v̄gine ad celi ciuitateȝ
Emeritā aſcendente: ꝓceſſionabilr̄ occurrūt
ſancti cōfeſſores in loco eis aſſignato p gabrie
leȝ qui eſt Orbis mercurij ⁊ merito. qꝛ ſm qō
Ptolome⁹ dicit Ptolomeus mercurius ſue coſtellatio
nis aſpectu ſciam tribuit. ⁊ ad eloquiū menteȝ
aptat. hic paulus agrecis dictus eſt mercuri⁹:
quia eloquens erat ⁊ dux verbi. Act. 14. Hu=
ius coſtellationis aſpectu ſancti ꝯfeſſores ſcia
ſpālr̄ diuina ⁊ ad ſalutē neceſſaria claruerūt:
⁊ claro eloqo ac nitido xpi gloriā ſunt cōfeſſi.
Hic ordo confeſſoꝝ p̄catus eſt v̄ginem cū fuit
in loco eis aſſignato in hunc modum. Tu dña
magiā ſcie radio ſplēduiſti. q̄ diui e ſapie lumē
pepiſti. Suplr̄ petimus vt ſicut ieſu dñi cōfeſſi
one fundata xpi nomē itrepide in terris es cō=
feſſa: ita ⁊ in celis corā pr̄e cōfitearis nos tuuȝ
corā hoibus filiū cōfitētes. ⁊ annuit ſupplicati
oni iſtorū btā virgo ſic dicens eis. Scio qꝛ cor
de credit ad iuſticiā ore aūt confeſſio fit ad ſa=
lutē. vt dr̄. Ro. 10. Scio qꝛ filius meus cariſſi=
mus de vobis dixit. Luc. 12. Qui me ꝯfeſſus
fuerit corā hoibus: cōfitebor ⁊ ego eū corā pr̄e
meo. Jn cōfeſſione ergo nois filij dei ⁊ mei: vo
biſcū hēo cōiūctionē. Sed p v̄tutes alias: cum
ſanctis alijs habeo pticipationem. ideo Jn ple
nitudine ſanctorum mea erit detentio.

¶ Tertio btā v̄gine glorioſa ad celi ciuitatem
Emeritā p amplius aſcendēte: ꝓceſſionabilr̄
ſibi occurrūt ſcī martires in loco p gabrielem
eis aſſignato qui eſt Orbis veneris. ⁊ cōgrue
hic locus mr̄ibus aſſignať: qꝛ ſm aſtrologos
eius irraditio eſt rubicundis ⁊ cum circa ſtel=
lam hanc veſpe ruboꝛ oriť: p̄ſagium eſt tempo
ris ſereni ſm Ptolomeū. Vere ſu⁹. Sero ru
bens celū: cras indicat eē ſerenū. vn̄ Mat. 16.
dicit xp̄s phariſeis. Facto veſpe: dicitis. ſerenum
erit. Rubicūdū eſt enim celū. Sic martires in
rubeis coloribus ⁊ ſanguineis delectati: p cri
ſti noie martiriū pacientes: in veſpe huius mū
di qō fuit eis ſigñū ſerenitatis future: Jn rubi
cūdis coloribus ſui ꝓprij ſanguinis ſe dealuerūt.
Lauātes ſtollas ſuas in ſanguine agni. Horuȝ
ſupplicatio ad v̄ginem fuit vt in ſuis plus pri=
cipatū gereret ⁊ ducatū. qō vt nō reiciat. cā ſe
xus: Semiramis babilonie allegať q̄ ſʒ Augu Aug⁹
ſtinum. 17. d ciuitate dei. Jn rebus bellicis eo
tēpore ducatū gerebat apō aſſirios: quo Del
bora apō iudeos. Sciebāt nāq; martires qꝛ v̄
go maria pluſq̄ martir fuit: quia nimio amore
vulnerata teſtis extitit ſaluatoris. ⁊ ꝑmerore i
aīo cruciatū ſuſtinuit paſſiōis. vt inq̄t Ambro Am=
ſius. Supplicationem iſtoꝝ conceſſit virgo. d. broſi⁹.
Firma cōſtātia ⁊ martirū paciā vobiſcuȝ hēo
ꝯiūctionem. Sed p v̄tutes alias cum ſcīs alijs
hēo pticipationeȝ. ⁊ iō Jn plenitudīe ſcōꝝ mea
(erit detētio

¶ Quarto btā virgine glīoſa ad
celi ciuitatē Emeritā p ampli⁹ aſcendēte: oc=
currūt ſibi ꝓceſſionabilr̄ ſcī apl̄i in loco per ga
brielē eis aſſignato q̄ eſt Orbis ſolis. ⁊ hoc ꝓ=

FERDINANDVS ... VALENTINVS

prie. Nam ſol .12. menſes facit ꝑambulans in
zodiaco .12. ſigna celi. Apl'os vero fuiſſe .12. ne
mo dubitat. ⁊ ſunt duodecim ſtelle mulieris a
micte ſole. Apoc. 12. Itẽ ſol eſt lux mundi. ⁊ de
iſtis apl'is dixit xp̄us. Mat. 5. Uos eſtis lux
mũdi. Iſti v̄ginẽ dep̄cant̃ ⁊ ſibi ſupplicãt: ꝙ ſi
cut lucẽ hũit oī carens tenebra: Sic ipa ſit lux
ad p̄riam dirigẽs oẽs. de eccl'ia. de qua xp̄s fi=
lius ſuus dixit. Io. 12. Ambulate dũ lucẽ hẽtꝭ:
ne tenebre vos cõp̄hendãt. Suplicatõi iſtorũ
v̄go rñdit ſic. Ego ſum mulier amicta ſole. Io
annis. teſtimonio. Apoc. 12. Qui ẽ vnus de ve
ſtris. Uos eſtis lux mũdi teſtimonio filij mei.
Mat. 5. Per illuminationẽ oīum fideliũ: vo=
biſcũ hẽo cõiũctionẽ. Sed ꝑ v̄tutes alias cũ
omnibus ſanctis alijs participationem: iõ In
plenitudine ſanctoꝝ mea erit detentio.

¶ Quinto btã v̄go gl'ioſa ad ꝑadiſi ciuitatem
Emeritã ꝑ ampliꝰ aſcẽdente: occurrũt ſibi ꝓ
ceſſionaliter ꝓp̄he in loco ꝑ gabrielem eis aſſi=
gnato qui eſt orbis martis. ⁊ hoc cõgrue. Nã
ſꝫm Ptolomeũ. Ueneri ſociatus: influit voca
lem aptitudinẽ ad canendũ. ⁊ iõ ſunt in illo or
be ꝓp̄he qui mirabiles cantus ⁊ hymnos pro
pheticos de xp̄o ⁊ btã v̄gine ordinarunt. Aliq̄
de p̄terito vt Moyſes. aliq̄ de futuro vt yſaias
Alij de p̄ſenti vt Ioãnes baptiſta. Ceteri tãtũ
cecinere vatũ ⁊c. Hij ſupplicant v̄gini vt inter
ipos velit eẽ maior ⁊ p̄ria cantoriſſa. Cũ cãti=
cus ſuꝰ. Magnificat aĩa mea dominũ merito
emineat vniuerſ. vt ſicut altera maria dudũ in
populo iſrael. Precentrix fuit in choro canen
tium: Ita ⁊ ipa maria v̄go ſacratiſſima in p̄ria
ſit precentrix in choro deũ laudantiũ. Suppli
cationẽ iſtoꝝ ꝯceſſit ⁊ ſignat btã v̄go eis dicẽs.
Ratione diuini cãtus vobiſcũ hẽo ꝯiũctionẽ:
ſꝫ ꝑ v̄tutes alias cũ oībus alijs ſanctis ꝑticipa
tionẽ: ⁊ iõ In plenitudĩe ſcõꝝ erit detẽtio mea.

¶ Sexto loco v̄gine gl'ioſa ad ciuitatẽ Eme=
ritã ꝑadiſi aſcenſum ꝑ ampliꝰ ꝯtinuãte: occur
rũt ſibi proceſſional'r ſcĩ p̄riarche in loco ꝑ ga=
brielem eis aſſignato qui eſt Orbis iouis. ⁊ ꝓ
prie. q2 ſꝫm Ptolomeũ illud ſidus dr̃ fortuna=
tum. Et in iſtis p̄riarchis fortũa ꝓ optia fuit:
cum ex eis ſꝫm carnem virgo ⁊ filius eius xp̄s
traxerũt originẽ gl'oſam. Hij ſcientes ꝙ grã ⁊
gloria nõ deſtruũt naturã ſꝫ ꝑficiũt eã: ſibi ſup=
plicant ꝙ apõ deum hẽat eos recomiſſos cor=
dial'r. Sicut filia nimis cara. quibus rñdet eis
ꝯcedendo ⁊ dicẽdo. ꝙ ꝑ carnis natiuitatẽ ab
eis hũit nacẽtia. Sed ꝑ virtutes alias cũ om
nibus ſcĩs habꝫ ꝯueniẽtiã. ⁊ iõ dicit eis ꝙ In
plenitudine ſanctorum erit ſua detentio.

Septimo ⁊ vltimo loco virgine glorioſa ad ci
uitatẽ Emeritã paradiſi aſcendẽte: ꝑ amplius
occurrũt ſibi ꝓceſſionaliter oẽs ſcĩ angeli in lo
co ꝑ gabrielem eis aſſignato qui eſt Orbis vel
celum ſaturni. qđ ꝯuenit eis proprie. quia ſꝫm
Ptolomeũ eius influẽtia eſt in viſiõe: ⁊ q̄ ſub
eo naſcũtur ſemꝑ ſunt bñ videntes. Tales ſũt
angeli qui lꝫ ſꝫ Apl'm. ad. heb. pꝰ. Omẽs ſint
adminiſtratorij ſp̄us miſſi in orbẽ terre ꝓpter
eos q̄ hereditatẽ capiũt ſalutis: Tñ ſemꝑ intẽ
dunt viſioni diuine eſſentie ⁊ fruitioni. Nã an
geli eoꝝ ſemꝑ vidẽt faciẽ p̄ris mei q̄ in celis eſt
Mat. 18. Iſti virginẽ alloquẽtur ꝑ iſtũ modũ.
O virgo ſacratiſſima al'm tẽpe p̄terito tue vir
ginitatis v̄tute delectati ſororẽ te nr̄am voca=
uimus. Nã virginitas ſoror eſt angeloꝝ. Am
broſius. Soror nr̄a puula ẽ Cant. 5. Sꝫ poſtq̄
dñm nr̄m hoiem vidimus de te natũ: honores
ab hoibus nõ expoſcimꝰ. dicit. n. angelus Ioã
ni. Qui cecidit ad pedes eius vt adoraret eũ
Uide ne feceris. Apoc. 19. Ubi gloſa aſſignat
rõnẽ p̄dictã. Q2 deus factus fuit hõ. dicũt er=
go angeli O virgo ſacratiſſima reſide nobiſcũ
vt poſtq̄ deus hõ factus eſt dñs nr̄ tuus filiꝰ:
te eius matrẽ hẽamus iam nõ in ſororem: ſꝫ in
dñam ⁊ reginã. Oībus iſtis ſcõꝝ ordinibus cõ
ceſſit ⁊ ſignauit ſuas ſupplicatões: ⁊ quilꝫ ſꝫm
ſuã ꝯditionem. In hac ꝓceſſiõe canticũ corã
v̄gine decãtauit. Et cãticũ oīum ꝯtinet̃ in illa
antiphona p̄clara. Aue regina celoꝝ / aue dña
angeloꝝ / hoc fuit canticũ angelorum / ſalue ra
dix ſancta / hoc canticũ regũ ꝓphaꝝ ⁊ p̄riar
chaꝝ ex q̄bus traxit radicẽ ſꝫm carnẽ. vñ dicit
in ep'l'a hodierna Radicaui in populo honorifi
cato. Seq̄t̃ in antiphona. Ex qua mũdo lux ẽ
orta. hoc canticum apl'oꝝ q̄ fuerũt lux mundi.
Mat. 5. Seq̄t̃. Gaude glorioſa: ſuꝑ oẽs ſpeci
oſa. hoc cãticũ ꝯfeſſoꝝ qui fatẽt̃ cũ dauid ꝙ ip
ſa ſpecioſa forma p̄filijs hoium Diffuſa eſt grã
in labijs tuis. ſ. in ꝯfeſſiõe vere fidei catholice.
Seq̄t̃. Uale valde decora: hoc cãticũ v̄ginũ.
decora fuit in virginitate. Q2 v̄go virginũ. ⁊
Dauid dixit. ps. 44. Adducent̃ regi v̄gines
ſꝫ poſt eam. Seq̄t̃. Et ꝓ nobis xp̄m ſemꝑ exo=
ra. hoc cãticũ gñal'r oīum ſcõꝝ viatoꝝ. Sic be
ata virgo cũ tali ꝓceſſiõe ⁊ cãtu: ꝑ filiũ ſuũ glo
rioſum ſupra oẽs choros ſcõꝝ eſt deducta. In
qua ſolẽnitate ſufficit ꝙ oīs multitudo ſancto=
rum eſt: ⁊ cum ipis dñs. ſcribit̃ Nũeri. 16. Et
ꝓpter hoc btã virgo dixit ꝙ ciuitatẽ Emeritã
paradiſi ſibi eligit. pro ſua ꝑpetua hitatõe. q2 ẽ
aſſociata ⁊c. Et hoc ſcõꝝ. iuxta ſcđam ꝑtẽ the=
matis. Et hoc de ſcđa ꝑte ⁊ tractatu nr̄i ſꝫmõis.

Ptolomeꝰ

Ambroſiꝰ.

Ptolomeꝰ

Ptolomeꝰ

FERDINANDVS VI ... SANCTVS ... VALENTINVS ... DER PP VI

## Tertia pars.

¶ Dixi in .3. pte principali ꝛ vltia ꝙ ꝓpt̃ ſupradicta. ſ. ꝙ ciuitas Emerita paradiſi eſt oibus bonis habũdãs. qꝛ eſt in plenitudine. ꝛ eſt bonis ciuibus aſſociata. qꝛ ſcõꝝ Ideo dicit nobis ex hoc ꝑpetue hic ſuꝫ collocata. Et iõ ibi detẽtio mea. ¶ Pro breui materie iſtius tertij tractat⁹ nr̃i ſmõis ẽ ſciẽdũ ꝙ ꝓpt̃ tria aliqs õtinet ſe libent̃ i aliq̃ loco vl' ciuitate
Primo qꝛ habet ibi amicos ꝛ parentes.
Scõo propter gaudium quod dat omnib⁹ ibi reſidentibus.
Tertio qꝛ inde ſuis ſruitoribus benefacit.
¶ Dico prĩo ꝙ libenter ſe detinet aliqs in loco vel ciuitate vbi ſunt ſui amici ꝛ parẽtes. In ciuitate Emerita paradiſi ſũt parẽtes btẽ v̾gis: pr̃ ꝛ mr̃ ꝛ ſorores Spõſ' r eius fili⁹ glorioſus q̃ eſt ciuitatis dñs. Qui recipit eã ibi cũ tãto honore ꝛ glĩa: ſicut decebat tm̃ filiũ tantã mrẽm. Ipſa nãqꝫ recepit euꝫ hic in mũdo in ſuo vẽtre v̾gineo: ꝛ xp̃us eã recepit in ciuitate Emerita
Ber⁹. paradiſi introno regio. Bernardus in ſmone hodierno qui incipit Intrauit ieſus i quoddaꝫ caſtellũ. In caſtellũ huius mũdi intrãs ieſus. Prius maria eum ſuſcepit. iõ ab eo ſuſcipitur hodie Sãctã ingrediens ciuitatẽ. Sed cũ quãto putas honorẽ. Cũ quãta glĩa ꝛ exultatione? nec in terris dignoꝛ locus / v̾ginalis vteri templo in quo dei filiũ maria ſuſcepit: nec in celis regali ſolio quo dei filius mariam ſublimauit. Fratres: xp̃i gñonem ꝛ marie aſſũptionẽ quis enarrabit? quãtũ eniꝫ gr̃e in terris adepta eſt ꝑ ceteris: tm̃ ꝛ in celis obtinet glĩe ſingularis. ꝙ ſi oculus non vidit / nec auris audiuit / ꝛ in coꝛ hois nõ aſcẽdit q̃ preparauit deus diligentibus ſe: qđ ꝑparauit gignenti ſe: ꝛ quod certuꝫ eſt pre omnibus diligenti: quis ſcire poterit?
¶ Dixi .2. ꝙ libẽter ſe detinet aliqs in aliqua ciuitate vel loco: vbi dat gaudiũ ibi habitãtib⁹. Talis fuit glorioſa v̾go maria q̃ hodie totã ciuitatẽ Emeritã ꝛ omẽs eius hitatores letificauit. Uide ſi placet hic imaginationem Bernar-
Ber⁹. di in ſmone hodierno ſup illo v̾bo Eliſabeth ad btãm virginẽ. Ex quo facta eſt vox ſalutationis tue in auribus meis ꝛc̃. In vtero meo. Ubi ad ꝓpoſituꝫ dicit ſic. Hodie virgo glĩoſa ad celos aſcendẽs: ſupnoꝝ ciuiũ ſine dubio cumulauit gaudia. Uñ ſi eius ſalutatio exultare ipm̃ fecit in gaudio queꝫ mr̃na adhuc viſcera claudebãt: ꝙ ſi puuli nõdũ nati aĩa liq̃facta eſt vt maria locuta eſt: Quid putamus q̃ nã hodie fuerit illa celeſtiũ exultatio: cũ ꝛ vocẽ audire ꝛ btãm ei⁹ ꝑſẽtiã videre meruerũt. hec Bernardus.
¶ Dixi .3. ꝛ vltio ꝙ libẽter ſe detinet aliqs in aliquo loco vel ciuitate: qñ inde ſuis ſruitoribus põt ſubuenire. Ex hoc detinet ſe beata v̾go i ciuitate Emerita padiſi vbi facit negotia nr̃a ibi ꝓ nobis. Perpetua eſt aduocata: ꝛ ꝯtinue de ciuitate paradiſi mittit nobis et dat diuerſa munera grãꝝ. Uñ Bernardus in ſmõe hodierno ad iſtud ꝓpoſitũ ſic. Hodie ꝑcioſum munus terra nr̃a direxit in celũ: vt dãdo ꝛ accipiendo felici amicitiaꝝ federe copulẽtur hũana diuis. Illo eniꝫ aſcendit fruct⁹ terre ſublimis: vñ data optia deſcendũt. Aſcendens xp̃s in altũ dedit dona hominibus: ꝛ aſcendens maria in celũ nõne ꝛ ipſa dona vtiqꝫ hominibus ꝑſtabit? certe ſic. qꝛ nec facultas ei deeſt / nec volũtas / Regina celoꝝ eſt / miſicors eſt. Mater filij vnigeniti eſt dei. q̃ ꝙ quã filium mr̃i denegare qs poterit cogitare: q̃ cum ſalomone ſibi dicit. Pete mr̃ mea qđ vis. neqꝫ enĩ fas eſt vt auertam faciẽ tuaꝫ. ¶ Patet ḡ (et hic finis ſmonis) oibus nobis q̃ ea cotidie indigemus: ꝙ inueniemus eam in ciuitate Emerita paradiſi quã ꝓ ſua hitatõe perpetua ſibi elegit i eternũ: vt inde nobis cotidie ſubuenire poſſit Ber⁹.

## Sermo octauus.

Quoddaꝫ caſtellũ et mulier q̃dã. Luc. 10. et in euangelio hodierno. Honorabiles dñi ꝓ declaratõe nr̃i thematis ꝛ debita applicatõe ad btãm v̾ginem. Eſt ſciẽdũ ꝛ deuote notãdũ. ꝙ ex ſacra ſcriptura hẽmus ꝛ fide tenemus: ꝙ alius eſt ſtatus vite preſentis: ꝛ alius vite future.
Primus ſtat⁹ ẽ bellicoſus ꝛ formidoloſus.
Scõs ſtatus eſt pacificus ꝛ quietus.
¶ De prio ſtatu vite ꝑſentis q̃ eſt bellicoſus ꝛc̃. dicit Iob. in. cap. 7. Milicia eſt vita hominis ſuper terram. alia lr̃a habet temptatio.
¶ De ſtatu vero vite future q̃ eſt pacificus ꝛc̃. dicit Dauid in. ꝑs. 147. Lauda hieruſalẽ dominũ. Poſuit fines tuos pacẽ. Ibi eſt triplex genus pacis q̃ deſcribit Auguſtinus. 19. de ciuitate dei. ſ. pax tẽporis. pctõris ꝛ eternitatis. Cõiter enim apl's in ſuis eplis Salutationes mittit ꝑ hec v̾ba / grã vobis ꝛ pax / per grãm q̃ datur ad reſiſtendũ pctõ ꝛ ad merendũ vitam eternã: qđ eſt in ꝑſenti vita vbi ſolũ ſtatus meriti eſt ꝛ reſiſtẽtie cõtra pctm̃ (vñ ſm̃ doctores Minimus gradus grẽ ſufficit cuilꝫ pctõ ꝛ tẽtationi reſiſtere) ſignãt bona q̃ habẽt in ꝑſenti

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS DE

vita ⁊ pro tanto dixit xp̄us paulo. Sufficit tibi
grã mea.ſ. ꝓ ſtatu vite p̄ſentis. ſcḋa. ad. Cor.
12. Per pacē vero ꝑ quã deſignatꝛ ꝑfectiſſima
quies: deſignantꝛ bona vite future. de quibus
dicit ꝓpha. yſaie. 32. Sedebit populus meus ĩ
pulcritudine pacis. In tabernaculis fiducie: ⁊
in reqe opulenta. Ad propoſitũ hec aplicando
in nr̄o themate Quoddaꝫ caſtellũ ⁊ mulier q̄
dam. ꝑ duas ptes ſuas btã ⁊ glorioſa v̄go ma=
ria deſcribitꝛ quãtũ ad ſtatũ vite p̄ſentis quem
Ber°. hūit hic. Et quãtũ ad ſtatũ vite future quē ho
die in gloria celeſti conſecuta ē. et ſm hoc erũt
in p̄ſenti ſmõe iuxta ptes noſtri thematis duo
principales tractatus.

Primus tractatus erit de v̄gine glioſa ĩ ſtatu
vite p̄ſentis per q̄d deſignata ⁊ dicit pria pars
thematis. ꝙ per quoddam caſtellum.

Scḋs tractatus erit de v̄gine glioſa in ſtatu vi
te future vbi hodie ē aſſũpta q̄uo eſt in titulata
⁊ dicit ſcḋa pars thatis. ꝙ mulier q̄dã / quod=
dã ⁊ q̄dã ꝑ excellentiam hic ponantur.

## Prima pars.

Primus igitꝛ nr̄i ſmonis tractatus
erit de v̄gie glioſa videre
⁊ ſpeculari in ſtatu vite p̄ſentis per q̄d fuit de=
ſignata. ⁊ dicit pria pars thematis. ꝙ ꝑ quod=
dam caſtellũ. Pro declaratõe imaginationis
iſtius tractatus eſt ſciendũ: ꝙ xp̄s ſaluator nr̄
in hũc mũdum veniēs: venit vt diabolũ ⁊ ſu=
os ſequaces expugnaret / ⁊ eius opa q̄ contra
hoiem fecit deſtrueret. Vñ pria. Io. 3. Criſtus
venit in hũc mũdũ vt diſſoluat opa diaboli. Et
fecit recte ſicut bonus dux p̄lij: qui volens cõ
tra aliquē potētē militē preliari: ſibi ꝓuidet de
armis ꝓtectiuis ⁊ inuaſiuis: vt illũ poſſit ex=
pugnare validiꝰ. ⁊ de villis muratis ⁊ caſtris
vbi cũ ſuis ſe poſſit receptare: vt illũ poſſit ĩ pu
gnare ſecurius. Sic xp̄s ſaluator nr̄ fecit ĩ hũc
mundũ cõtra diabolũ veniens p̄liaturus qꝛ ꝓ
uiſſit ſibi de btã v̄gine glioſa Maria: tanq̄ꝫ de
caſtello forti quodã ⁊ munito. habili ⁊ ſufficiē
ti ad diabolũ expugnandũ. ¶ Caſtellũ aũt fuit
virgo maria triplici rõne. ¶ Prio rõne ſue hu
militatis. Caſtellũ eſt nomē diminutiuuꝫ. qꝛ ꝑ
diminutionē a caſtro caſtellum dꝛ. Btã virgo
nõ dꝛ caſtellũ ſimplr: ſꝫ caſtelluꝫ diminutione.
qꝛ virtus hũilitatis ꝑ quã ipa diminuit ⁊ mino
rauit ſe: fuit eius ſpãliſſimuꝫ ⁊ potētiſſimuꝫ ac
fortiſſimũ munimētũ. Qñ enim ꝑ angelũ ſibi
nũciabatꝛ ꝙ eſſet mr̄ dei: ipa minorauit ſe ⁊ di
minuit dicendo ſe ancillam. Ecce ancilla dn̄i.
Tũc iſtud caſtellũ fuit fortiſſimũ atq̄ꝫ tã valli
dum: ꝙ nunq̄ꝫ a diabolo potuit expugnari.
¶ Scḋo btã virgo dꝛ caſtellũ rõne ſue caritatiſ.
In oi enim acceptõe caſtrũ ⁊ caſtellum ſignat
fortitudinem. ⁊ fortiſſima v̄tus ē caritas in v̄=
gine maria: qꝛ in ea aque multe. i. tribulatiões
multe nõ potuerũt extiguere caritateꝫ. qꝛ for=
tis eſt vt mors dilectio. Cant. 8. ¶ Tertio bea=
ta virgo dꝛ caſtellũ rõne ſue caſtitatis. Caſtrũ
vel caſtelluꝫ dꝛ a caſtrãdo qꝛ caſtrati hoies in
eis ſolent cõuerſari: nõ q̄deꝫ realr ſꝫ effectualr
eo ꝙ mulieres ſolēt a caſtris ſeq̄ſtrari vt inq̄t
Vegetius de re militari qꝛ ꝑ eoꝝ contuberniũ Vegetius.
molleſcere ſolet aius bellatorum. Btã igitꝛ vir
go dꝛ caſtellũ: qꝛ caſta ⁊ hũilis ⁊ in caritate fir
mata ac fundata. In iſto caſtro ⁊ caſtello Ve
niens ieſus in hũc mũdũ cõtra diabolũ pugna
turus: ſe receptauit ⁊ intrauit in iſto caſtello.
Aphendit arma ⁊ ſcutũ. i. aiam ⁊ carnē: vt cõ
tra diabolũ nobis in adiutoriũ exſurgeret pro
quo añ incarnationē ad eũ orabat pſalmiſta di
cens. p̄s. 34. Aphende arma ⁊ ſcutũ: ⁊ exur=
ge in adiutoriũ mihi. Effunde frameã ⁊ cõclu
de aduerſus eos q̄ ꝑſecuntꝛ me: dic aie mee ſa=
lus tua ego ſum. In iſto caſtello v̄ginis glioſe
fuit murus ⁊ turris q̄ ſe inuicē ab in pugnanti
bus ⁊ expugnantibꝰ defendebãt. Murus vir
ginitatis: ⁊ turris hũilitatis / murũ v̄ginitatis
defendit turris hũilitatis / ⁊ turrē hũilitatiſ mu
rus virginitatis. Prio murũ v̄ginitatis cõiter
directe expugnat luxuria. Sed ſi ei pugnare il
lum nõ põt: ſubuenit in eius adiutoriũ ſupbia.
Nam cõiter qui pſiſtũt in v̄ginitate: in pugnã
tur ꝑ ſupbiã q̄ eos facit de virginitate ſupbire.
Sed iſta expugnatio inimicoꝝ: in caſtello btē
virgis locũ nõ hũit. qꝛ turris hũilitatis a mu=
ro v̄ginitatis oēm ſupbiam repellit. Scḋo tur=
rē hũilitatis cõiter directe expugnat ſupbia. ſꝫ
ſi non põt: venit in eius adiutoriuꝫ luxuria. vt
qḋ nõ põt expugnare ſupbia: ſaltē expugnet lu
xuria. Sed iſta expugnatio inimicoꝝ in caſtel
lo btē virginis locũ nõ hũit cõtra turrē hũilita
tis: qꝛ iuuit eam murus virginitatis. qui ab ea
oēm repullit libidinē ⁊ luxuriam. Sic muro et
turri ſe inuicem iuuãtibꝰ ⁊ defendētibus: mu
rus qui eſt v̄ginitas ⁊ turris q̄ ē hũilitas in ca
ſtello btē virgis ſemp fuerunt illeſa. nec vnq̄ꝫ
potuerũt aliqualr ab inimicis expugnari. De
iſto caſtello btē v̄gis incipit euãgeliũ hodier=
nũ. Intrauit ieſus in quoddã caſtellũ. ⁊ hoc in
ſua incarnatiõe. ⁊ bene in textu Apponitꝛ hoc
nomen ieſus qḋ interp̄tatꝛ ſaluator. qꝛ pro ſalu
te noſtra ibi intrauit: contra diabolum inimi=
cum humani generis pugnaturus. Tũc dixit

ſalus populi ego ſum. figuratus in ieſu naue q̄
fuit maximus in ſalutem electoꝝ dei. Eccli.
46. De iſto caſtello beate virginis dicit nobis
criſtus. Mat. 21. Ite in caſtellū qḋ cōtra vos
eſt. i. coram vobis eſt: ⁊ ibi inuenietis aſinam
alligatam. Caſtellum eſt beata v̄go qḋ contra
nos eſt. i. coram nobis eſt: qꝛ ſemp reſpicit ſua
pietate ⁊ mia nos. Ad iſtud caſtellum precipit
nobis criſtus ire per mundiciam ⁊ caſtitateꝫ:
qꝛ ibi inueniemus aſinam alligatam. i. carneꝫ
rationi ⁊ ſpūi ſubditam. Hoc eſt caſtellum in
quo cum ingrederetur ieſus: occurrerunt ei.
10. viri leproſi. Luc. 17. i. omnes peccatores.
decem preceptorum tranſgreſores. ⁊ leuaue-
runt vocem dicentes Jeſu preceptor miſerere
noſtri. vñ patet pria imaginatio ⁊ primus tra
ctatus ſermōis iuxta primā ptem thematis: de
virgine glorioſa in ſtatu vite preſentis: qui eſt
bellicoſus: per quid fuit deſignata ⁊ dicit pri-
ma pars thematis. ꝙ per quoddam caſtellū.
quoddam. ſ. per excellentiam ſingularem.

## Secunda pars.

¶ Dixi in. 2. tractatu principali nr̄i ſ̄mōis
ꝙ eſt videndū de v̄gīe glīoſa pro
ſtatu vite future in quē p ſuū glorioſuꝫ filiū ho
die eſt aſſumpta ſuper oēs trāſcendenter: quō
eſt intitulata ⁊ dicit ſcḋa pars thatis ꝙ mulier
q̄dā. Pro imaginatōe iſtius tractat⁹ ē notādū
ꝙ ſm qḋ dictū eſt iſta determinatio q̄daꝫ dicit
ſingularitatē ⁊ excellētiaꝫ quā habꝫ btā v̄go in
glīa. ſicut quoddā adiūctū. caſtello qū dr̄ qḋdam
caſtellū: dicit ſingularitatē ⁊ excellētiā quā ha
buit btā virgo in via. ¶ Et pro iſto tractatu no
tandum ꝙ in ſacra ſcriptura reperio. 9. nomia
cōia mulieꝝ ſingularitatē ⁊ excellentiam indi-
cantia: q̄ omnia per excellentiaꝫ ⁊ ſingularita
tem de btā virgine dici poſſunt. Et iō recte dr̄.
Mulier q̄dam. in ſcriptura enim reperio.
Primo mulierem bonam.
Scḋo mulierem fortem.
Tertio mulierem ſanctam.
Quarto mulierem diligentem.
Quinto mulierem ſapientem.
Sexto mulierem timentem.
Septimo mulierem virtuoſam.
Octauo mulierem gratioſam.
Nono mulierem glorioſam.
¶ In numero iſtarum omnium reperitur bea-
ta virgo: ⁊ ſemper mulier quedam p excellētiā
⁊ ſingularitatem exceſſiuam ſuper omnes.
¶ Dico primo ꝙ in ſcriptura repio mulierē bo
nā. de iſta dr̄. Eccli. 26. Mulieris bone btūs
vir. Nūerus. n. ānoꝝ illi⁹ duplex. et Prouer.
18. Qui inuenit mulierē bonā: inuenit bonū. et
qui expellit mulierē bonā: expellit bonum. In
nūero iſtaꝝ fuit btā virgo mulier q̄dā p excellē
tiam ſingularē: qꝛ ab ipa nobis ꝓuenit ſalua-
tor xp̄s deus nr̄. q̄ nō ſolū eſt bonū ⁊ ſūmū bo-
nū: ſ; ⁊ oē bonū. Seq̄r ḡ ꝙ ipa per excellentiā
dicetur mulier quedam. ſ. bona ſuper omnes a
lias bona ⁊ ſūme bona. Unde de ea dicit Sa-
lomon. Sap. 7. Uenerunt mihi omnia bona
pariter cū illa: ⁊ innumerabilis honeſtas p man⁹ illius.
¶ Dixi. 2. ꝙ reperio in ſcriptura mu-
lierē fortē. de iſta dr̄. Eccli. vbi ſupra. Mulier
fortis oblectat viꝝ ſuuꝫ. In nūero iſtaꝝ fortium
fuit btā v̄go mulier q̄dā p excellentiā ſingula-
rem. Nā antiq̄tus non inueniebantur mulie-
res fortes. ꝓpter qḋ q̄ſiuit Salomō Prouer.
31. Mulierem fortem quis inueniet. ⁊ licꝫ iſti⁹
q̄ſtionis ipe teneret ptē negatiuā quo ad illud
tēpus in quo ipe erat: ꝙ dr̄et ad q̄ſtioneꝫ nul-
lus pro meo tēpe: credebat tamen ptē affirma
tiuam pro futuro tēpe: qḋ procul erat ⁊ diſta-
bat. Unde ſubiūxit. Procul ⁊ de vltimis fini
bus precipium eius. Hoc non habꝫ veꝝ niſi in
btā virgine: cuius tempus a tēpe ſalomonis ꝓ
cul diſtabat: ⁊ iō pro ea dixit procul ⁊c. Mu-
lier fortis quedam: per excellentiam beata v̄-
go fuit. q̄ Accinxit fortitudine lumbos ſuos:
vouendo prima virginitatem. Et manū mi-
ſit ad fortia: vincendo diabolum humani ge-
neris inimicum: ⁊ totam eius poteſtateꝫ. Ipa
eſt mulier illa quedam de qua dixit deus ad ſ̄
pentem. Inimicicias ponam inter te ⁊ mulie-
rem: ⁊ ipſa conteret caput tuum. Geneſ. 3°.
¶ Dixi. 3. ꝙ reperio in ſcriptura mulierem ſan-
ctam. Eccli. vbi ſupra. Gr̄a ſuper gr̄aꝫ mulier
ſancta ⁊ pudorata. In nūero iſtaꝝ mulieꝝ ſan
ctaꝝ fuit btā virgo mulier q̄daꝫ per excellētiaꝫ
ſingularem ſcribitur primo. Re. 2. Nō ē ſcūs vt
eſt dñs. ⁊ per ſimile poſſumus dr̄e de beata v̄-
gine: ꝙ nō eſt ſcā vt eſt dña. ſ. v̄go mari ⁊ ideo
ſibi dicimus. Sācta maria piaꝝ piiſſima inter
cede ꝓ nobis ſanctaꝝ ſctiſſima. Mirabilis de⁹
in ſcis ſuis. inq̄t. ps. 67. Sed mirabiliſſim⁹ ho
die in btā virgine cui gloriam dedit ſcitatis a-
mictū. Eccli. 47. Et coronaꝫ aureaꝫ poſuit
ſuper caput eius expreſſaꝫ ſigno ſcitati. Eccli.
45. Pro hodie dicit David virgini marie in
ps. 144. oēs ſci in gloria Magnificentiā glīe
ſcitatis tue loquētur ⁊ mirabilia tua narrabūt. et
nos hodie eā rogamus ⁊ ſibi ſupplicamus per
illud qḋ dictuꝫ fuit Judith in. ca. 8. Ora ꝓ no
bis: quoniam mulier ſancta es.

¶Dixi.4.ꝙ reperio in ſcriptura mulierem di
ligentem ⁊ amoroſam Prouer.12. Mulier di
ligens corona eſt viro ſuo.in numero iſtarum
mulierum diligentium beata virgo eſt mulier
quedam per excellentiam: que criſtum filium
ſuū plus dilexit ꝗ̄ aliqua mundi mulier filium
ſuum ac virū.qꝛ magis hūit cauſaꝫ diligēdi ꝗ̄
alia mulier: cū totā ſbam ⁊ corpulentiaꝫ filius
ab ipſa accepit. Non ſic eſt verum de alijs mu=
lieribus.propter qḋ ipſa dicit. Eccli.24. Re
ſpectu filij ſui. Ego mr̄ pulcre dilectionis.
¶Dixi.5.ꝙ repio in ſcriptura mulierē timentē
deū.de qua Prouer.vltio. Mulier timēs deū
ipſa laudabif. In nūero iſtarū beata virgo eſt
mulier q̄dam per excellentiā:q̄ de criſto ⁊ ſup
xp̄m filiū ſuū multos timores hūit:ſpāſr quan
do cū in tēplo pdidit.⁊ reqrēs eū inter cogna=
tos ⁊ notos non inuenit.⁊ poſt triduū eū inue
niens inter doctores:cum dolore ⁊ timore pre
concepto de perditione ſibi dixit. Fili quid fe=
ciſti nobis ſic. Luc.2°. Item quando propter
herodis perſecutionem in egiptū fugit:⁊ poſt
mortem herodis in terram iſrael monente an=
gelo redeunte audiens ꝙ archelaus regnaret
in iudea pro patre ſuo defunto dicit textus.
Mat.2.ꝙ timuit illo ire.et quia chriſtum fi=
lium ſuum ſuper omnes mulieres dilexit:Sic
⁊ ſuper omnes mulieres de ipſo timuit.et cōi=
ter dicitur ꝙ in virgine glorioſa verificatum ē
commune prouerbium Qui amat timet.ideo
ſue dilectioni de criſto adiungit virgo timorē.
Eccli.vbi ſupra.d. Ego mater pulcre dile=
ctionis ⁊ timoris.¶Dixi ſexto ꝙ repio in ſcri=
ptura mulierem ſapientem ingenioſam. Pro
uerbi.18. Sapiens mulier edificat domum ſu=
am. In numero iſtarum mulierum beata vir=
go eſt mulier quedam per excellentiam ſingu
larem.ſ.ſapiens:quia in ea dei filius qui non
ſolum eſt ſapiens quia in eo ſunt omēs theſau
ri ſapientie ⁊ ſcientie dei.ad Colloſ.pzio. Sed
etiam eſt ipſa ſapientia in ea.ſ.in virgie maria.
⁊ ſic in illa edificauit ſibi domum Prouer.9.
Domus debet congruere habitatori. Cū igif
habitator et edificator domus virginis fuerit
ſapientia. Et effectus ſapie ſit facere hominē
ſapientem. Seq̄tur ergo ꝙ cū ſapia dei patris
filius fuerit ſūma ſapientia :et ſibi ⁊ ſoli ſibi in
beata virgine edificauerit domum : ſequitur
ꝙ beatam virginem ſuper omnes mulieres fe
cit ſapientem. De filio edificāte domus iſtius
dr̄. Mat.7. Similabo eū viro ſapiēti q̄ edifi=
cauit domum ſuam ſupra petraꝫ. Et de domo
edificata que eſt beata virgo dicitur Judich.
11. Non eſt talis mulier ſuper terram in aſpe=
ctu in pulcritudine.⁊ in ſenſu v̓boꝝ. Ipſa eſt
regina heſter. De qua ſcribitur heſter.15.ꝙ
fide ⁊ ſapientia ceteros precellebat.¶Dixi.7.
ꝙ reperio in ſcriptura mulierem virtuoſam in
ter iſtas ⁊ nominatur Ruth.de qua ſcribitur
Ruth.3. Scit omnis populus qui habitat itra
portas vrbis te eſſe mulierem virtutis.ſed in
hoc.ſ.in virtute ſuper ruth ⁊ ſuper omēs alias
mulieres btā virgo eſt mulier quedaꝫ p excel=
lentiam ſingularem.ſ.virtuoſa.nā dicit hiero Hierꝰ.
nymus in ſermōe hodierno Nihil v̓tutꝭ nihil
grē nihil pulcritudinis aut decoris: qḋ non re
ſplendeat in maria. Quicq̄d v̓tutꝭ ē vel eē pōt
in alijs mulieribus diuiſim ⁊ particulariter:in
beata virgine eſt ſuper comuntim ⁊ generali=
ter.ideo dicit ipa/ Eccli.24. In me omis grā
vie ⁊ veritatis: In me oīs ſpes vite ⁊ v̓tutis.
¶Dixi.8.ꝙ reperio in ſcriptura mulierem gra
tioſam.vnde Prouer.11. Mulier gratioſa in
ueniet gloriam. In numero iſtaꝝ mulierū btā
virgo eminet:⁊ eſt mulier q̄daꝫ p excellentiaꝫ
ſingularē. Cū eniꝫ grōſitas ſit effectus gratie:
⁊ ipſa gratiaꝫ in ſua plenitudine hūit ſup oēs:
angelus enim ſibi dixit. Aue grā plena.ſuper
quo hieronymꝰ. Ceteris p ptes praſ grā. Ma Hierꝰ.
rie vero totam ſe infundit gratie plenitudo.ab
iſta plenitudine gratie fuit ſup oēs puras crea
turas gratioſa. vñ Bernardus exponens illḋ Berꝰ.
gratia plena. Vere gratia plena qꝛ deo ange=
lis ⁊ hoibus grata/deo per hūilitateꝫ/angelis
p v̓ginitatē/hoibus p fecūditateꝫ/hūit gratiaꝫ
beata virgo aqua ſup oēs creaturas fuit grōſa
non ſolum in mente quādo dixit ſibi āgelꝰ aue
gratia plena. Sed ⁊ in ventre quādo dixit ſibi
Dñs tecum.hūit gratiam in toto corpore.ſpe
cialiter in facie.vñ dicimus ſibi heſter.4. Mi
rabilis es tu:⁊ facies tua plena eſt gratiaruꝫ.
et in ore. Nam de ea pōt dici illud ꝙ ſcribitur
de eius filio. Luc.4. Mirabanf oēs in v̓bis
gratie que procedebant de ore eius. Et dauid
dicit de ea in.pſ.44. Diffuſa eſt grā i labijs
tuis propterea benedixit te deus in eternuꝫ.p
concluſione ergo poſſumus dīc de btā v̓gie ꝙ
ipa eſt heſter de qua ſcribif in.ca.2.ꝙ erat o=
culis oiuꝫ grōſa.¶Dixi.9.⁊ vltio ꝙ in ſcriptu
ra repio mulierē glorioſaꝫ.vñ qꝛ ex grā ſm do
ctores cōſeq̄f gloria.io Prouer.vbi ſupra dr̄
Mulier grōſa inueniet gliaꝫ. btā virgo ſuper
omnes mulieres ⁊ omnes creaturas poſt cri=
ſtū hodie in iſta die eſt mulier q̄dā p ſingularē
excellentiam. qꝛ ſicut hic in vita preſenti fuit
mulier q̄daꝫ per ſingularitatem excedēdo oēs

mulieres ⁊ homines ⁊ angelos in gratia: ita ⁊ nunc in vita futura eſt mulier quedam ſingulariter omnes excedens in gloria. ideo ſibi dicimus. O glorioſa domina excelſa ſupra ſidera. vñ Bernardus in ſmōe hodierno. Quātū

Ber°. in terris gratie adepta eſt preceteris: tñ ⁊ i celis obtinet glorie ſingularis. nimirū. ꝙ tñ oēs excellat in gloria: ⁊ in hoc ſit mulier quedam ſuper omnes ſingularis: quia ſuper oīnes fuit hūilis. ⁊ ſcriptum eſt Prouer. 15. Gloriā ꝑcedit hūilitas. ⁊ Job. 22. Qui humiliatus fuerit: erit in gloria. ⁊ Prouer. 29. Hūilem ſpū ſuſcipiet gloria. ď alijs ſanctis dixit dauid. ps. 149 Exultabunt ſancti in gloria. Sed multo plus ſingularius excellentius ⁊ per exceſſuꝫ. de muliere quedam. ſ. de beata virgine dici debet. et ratio eſt. quia gloria aliorum ſanctorum eſt ab intus ſolum. ſ. in anima gloria iſtius mulieris: quedam. ſ. beate virgis ab intus ⁊ extra in corpore ⁊ in aīa. vñ ſm ꝙ pie credit eccleſia ex di-

Aug° ctis ⁊ rōnibus Auguſtini: glorioſa virgo maria in celuꝫ hodie in corpore ⁊ aīa eſt aſſūpta. Gloriam iſtius mulieris quedam. ſ. glorioſe virginis. vidit Joānes euangeliſta hodie. Apoc. 12. vbi dicit ſic. Signū magnū aparuit in celo. Mulier amicta ſole: ⁊ luna ſub pedibus ei⁹: ⁊ in capite eius corona ſtellarum. 12. Nota in iſto textu tria que dicit Joannes euangeliſta ⁊ deſcribit de iſta muliere quedam. ſ. beata virgine: deſignatiua ſue magne glorie.

Primū indumētū reſplēdēs. qꝛ ē amicta ſole.

Scōm honor tranſcendens. quia in capite ei⁹ corona ſtellarum duodecim.

Tertium humilis ſupplicatio ſuorū oīum deuotorum qꝛ luna ſub pedibus eius.

¶ Primo in ſupradicto textu Joannes euangeliſta deſcribit deſignatiuuꝫ glorie excellentis beate virginis ⁊ mulieris quedam. primū indumentum reſplendens quia eſt amicta ſole. Iſte amictus ſolis eſt ineffabilis claritas et gloria qua eſt veſtita iuxta illud. ps. 103. Amictus lumine ſicut veſtimento. ⁊ ſm Bernardum in ſermone Signum magnum. Iſte amictus ſolis eſt gloria filij ſui qua ipſam veſtit et ipſa veſtit᷑. Criſtus enim veſtis eſt qua veſtiri debemus. iuxta illud apoſtoli: In duimini dñꝫ

Ber°. ieſum xp̄m. vñ Bernardus ad iſtū ꝓpoſitū: ꝙ̄ familiaris ei facta es o domina. ꝙ̄ ꝓxima. imo ꝙ̄ intima. veſtiſti eum tue ſubſtantia carnis: ⁊ ille te veſtit ſue gloria mageſtatis. Veſtiſti nube ſolem: ⁊ ipſa ſole veſtiris. Nouum fecit dominus in terra: vt mulier virum circundaret. et nouum fecit dominus in celo: vt mulier amita ſole appareret. ¶ Scdō in ſupradicto textu Joannes euangeliſta deſcribit ſecunduꝫ deſignatiuuꝫ excellentis glorie beate virginis et mulieris quedam: ď ſuo honore tranſcendētī. Quia in capite eius corona ſtellarum duodecim coronatur hodie in gloria beata virgo per eius glorioſum filium: corona duodecim ſtellarum. i. duodecim priuilegiorum virtutum ⁊ gratiarum / quas ſup omnes habuit pure creaturas. Quattuor primas habuit a celo. quattuor ſcdās a carne ſua. quattuor tertias ab aīa ſua. Vide eas pulcre in ſermone primo iſtius feſti. Veni ſponſa mea. Veni de libano: Veni coronaberis. ⁊ dic eas: ⁊ conclude ſic. Iſta mulier quedam. ſ. glorioſa maria imperpetuū coronata triūphat. Sap. 4. ¶ Tertio ⁊ vltimo in ſupradicto textu Joannes euangeliſta deſcribit tertium deſignatiuuꝫ excellentis glorie beate virginis. Iſtius mulieris quedā: ꝙ ē humilis ſupplcaitio ſuorū fideliū deuotoꝝ qꝛ dicit ꝙ Luna ſub pedibus ei⁹. imaginat᷑ Ber°. ꝙ ſicut ille qui ſupplicat ad pedes illius ſe ponit cui ſupplicat vt poſſit illa pro quibus ſupplicat optinere: ita tota eccleſia ⁊ credentium multitudo que deſignatur per lunam quia mutabilitati ⁊ alterationi ſubmittit᷑ ſicut luna: ad pedes virginis ſe proſternit hodie ⁊ ſemper: vt cum eius filio poſſit hic obtinere gratiam ⁊ in futuro gloriam. Unde dicit Bernardus ſic in ſermone Signum magnum in fine. O beata virgo plena gratia: ſit tue pietatis gratia. ipſam quam apud deum inueniſti gratiam notam facere toti mundo. Sanctis precibus tuis obtinendo reis veniam / Egris medelam / puſillis corde robur / afflictis conſolationem / periclitantibus auxilium ⁊ conſolationem. Tibi matri miſericordie prouoluta iacens pedibus tuis luna deuote ſupplicat: vt in lumine tuo lumen videat. et per te mediatricem gratiam veri ſolis obtineat: ꝙ̄ vere pre omnibus amauit et ornauit ſtola glorie te induens: et coronaꝫ pulchritudinis in capite tuo ponens. hec Bernardus. ¶ Patet ergo ꝙ beatā ⁊ glorioſa virgo ſemper maria pro ſtatu vite preſentis fuit quoddam caſtellum ⁊ pro ſtatu vite future in qua hodie cum filio ſuo glorioſo viuit et regnat eſt mulier quedaꝫ. Placeat ſibi ſanctiſſime ac piiſſime miſericordie ꝙ ſuis meritis ⁊ interceſſione: de ſtatu vite preſentis bellicoſo nos transferat ad ſtatum vite future in quo hodie ipſa eſt pacifico ⁊ glorioſo.

Ber°.

## Sermo nonus.

Domine non eſt tibi
cure ꝙ ſoror mea reliquit vel di=
mittit me ſolam miniſtrare? Dic
ergo illi vt me adiuuet. Luc. 10.
et in euangelio hodierno. ¶ Pro thematis de
declaratione ⁊ ad beatam virginez de qua ho
die feſtiuamus debita applicatione: Eſt ſcien
dū ⁊ deuote notādū. ꝙ euangeliū hodiernum
loquit̃ de duabus ſororibus. ſ. martha ⁊ ma=
gdalena. maria hyſtorialr̃ thema nr̃m intēdit
⁊ loquitur de alijs duabus ſororibus. ſ. carne
vel corpore ⁊ anima virginis marie ſpūalr̃ ac
figuraliter. ⁊ pro thematis introductione ⁊ de
claratione: intendo duo facere.

Primum quō caro vel corpus ⁊ anima virgi
nis dicantur ſorores intendo declarare.

Scōm hoc declarato: inceptum thema ad no=
ſtrum propoſitum applicare.

## Prima pars

¶ Quātū ad primū quomodo corpus
vl' caro ⁊ aīa x̄ginis marie p
methaforā vel p ſimilitudinez poſſint dici ſoro
res: declaro ſic. Sorores dn̄t vere vel metha=
forice mulieres in quibus concurrūt tria.

Primum generatio ab vno principiata.

Scōm vnio per naturam colligata.

Tertiuz amor ⁊ dilectio cordis ⁊ nō variata.

¶ Pmo ſorores dn̄t mulieres q̄ hn̄t vnū gn̄o=
nis principiū. Sicut. n. filij q̄ ꝓceſſerūt ab adā
⁊ eua vt caym ⁊ abel dn̄t fratres: ita ⁊ mulie=
res dn̄t ſorores. itaq3 procedentes per genera
tionem ab vno principio ſiue actiuo ſiue paſſi=
uo: vel ab altero vel ab vtroq3 dn̄t frēs vel ſo=
rores. vt eſau ⁊ Jacob dn̄t frēs: lia ⁊ rachel ſo
rores q2 ab vno principio p gn̄atione ꝓceſſūt.
Iſta intētiōe dicit textus. Job in. ca. pº. ꝙ filij
Job faciebāt conuiuia ⁊ vocabāt ibi tres ſorores
ſuas. Iſto mō caro ⁊ aīa btē x̄gis dicunt ſoro
res ſpūalr̃. Naz ſpeciali ꝓrogatiua ⁊ ſingulari
preordinatōe diuina ꝓceſſerūt a deo tanq3 pa
tre ⁊ vno principio. Ab initio. n. ⁊ ante ſecula
creauit. i. ordinauit deus animam btē x̄ginis
vt eſſet hodie ſuper oēs ſcōs ⁊ angelos in gra
tijs ⁊ meritis exaltata: ⁊ carnem btē virginis:
vt de ea eēt ditas incarnata. ⁊ elegit eam deus
ad hoc ⁊ preelegit eam. Elegit dominus ſy=
on. i. eius animam contemplatiuaz. Elegit eā
. ſ. eius carnē ſanctiſſimā in hitationē ſibi ⁊ nō
alteri. ⁊ hoc vt de ea carnem ſumeret: ⁊ de nul
la altera. Sic caro et aīa virgis dn̄t ⁊ poſſunt
dici ſorores ⁊ filie vnius patris ab vno princi=
pio ⁊ patre Ab initio ⁊ ante ſecula ſua ordina
tione ad ſupradicta procedētes. ⁊ dici pōt eis
illud. Mat. 23. Unus ē pater vr̄ qui in celˀē.

¶ Scōo dixi ꝙ ſorores dn̄t mulieres iter quas
eſt vnio per naturā colligata. in linea naturali
ꝯſanguinitatis vel vnōis: vir ⁊ vxor primū te
nēt locū q2 ſunt duo icarne vna. ⁊ fratres ⁊ ſo
rores ibi includūtur: quia ſunt duo non incar
ne vna: ſed de carne vna. Sic ſpiritualiter. ca
ro ⁊ anima beate virginis naturaliter. Sunt
vnita: ⁊ magis q̄3 quicunq3 alij fratres ⁊ ſoro=
res. Nam inter fratres ⁊ ſorores: aliquando
ſunt iurgia. Unde dixit Abraam Loth. Geñ.
13. Ne queſo ſit iurgium inter me ⁊ te: fratres
enim ſumus inter animā virginis ⁊ eius car=
nez: vires eius ſuperiores ⁊ inferiores: nunq3
fuit bellum. figuratur in archa Noe in qua om
nia animalia mitia ⁊ inmitia. i. oēs vires ſen=
ſualitatis ⁊ rationis fuerūt pacatiſſima. geñ. 8.

¶ Tertio ⁊ vltimo quo ad hoc dixi ꝙ ſorores
dicuntur mulieres que habēt inter ſe amorez
⁊ dilectionem cordis non variatam. Qñ. n.
duo tm̄ ſe diligūt ꝙ in vna voluntate concor=
dant ⁊ nunq3 diſcordant: dicimus ꝙ ſunt fra=
tres vel ſorores Iſto mō religioſi dn̄t fratres
frat Joānes / frat Fernādus / ⁊ religioſe ſoro
res / ſoror Joana / ſoror katherina. Iſto mō cri
ſtus non confunditur nos vocare fratres vt di
cit Aplus. ad. heb. 2. et dicit. ps. 21. Narrabo
nomen tuum fratribus meis. Iſto modo caro
⁊ aīa btē virgis dn̄t ſorores: quia inter ſe ſem
per amorem indiuiſibilē ⁊ cordialē habuerūt.
nunq3 inter ſe in amore diſſenſerunt. nec ſecū
aut cum alijs diſcordauerunt. qua ꝓpter quat
tuor gn̄a pſonarū hodie btā3 x̄ginē vocāt ſoro(rē.
Prima pſona eſt xps q̄ vocat eam ſoro=
rem ea3 cū charitate inuitando dicens. Cant.
5. Ueni in ortum meum ſoror mea ſponſa.

Scōa perſona ſunt angeli q̄ vocāt eam ſororē
propter virginitatem. Uirginitas enim ſoror
eſt angelorum iuxt Ambroſius. vnde dicunt  Am=
de ea hodie angeli. Soror nr̄a paruula eſt. i.  broſiº.
humilis. Cant. 8. Tertia perſona ſunt oēs ſci
qui vocant eam ſororem ꝓpter ꝯformitatē di
uine volūtatis. vñ de ea dicit quilz ſcōx hodie
illud. Mat. 12. Fecit volūtatem pr̄is mei qui
in celis eſt: ideo meus frater ⁊ mea ſoror eſt.

Quarta ⁊ vltima pſona tota natura humana
vocat eā ſororē hodie ad eā cū hūilitate ſuppli
cādo ⁊ dicēdo ſibi illud. Geñ. 12. Dic obſecro
ꝙ ſoror mea es: ⁊ viuat anima mea ob gratiaz
tui. Unde patet ꝙ tribus his p̄dictis modis
caro ⁊ aīa btē x̄gis ſorores merito dici poſſūt.

## Secunda pars

¶ Secūdū ꝙ ꝓpoſui.ſ.inceptū thā ad
nr̄m ꝓpoſitū applicare.vñ
hito ꝑ cōſtāti ꝙ caro ⁊ aīa virgīs dicant̄ ſoro
res:ꝑ rato ⁊ cōſtāti ſancta mr̄ eccl'ia tenet de
v̄gine glīoſa duo.primū ꝙ iſta die v̄go dei ge
nitrix mortē ſubijt tēpalē ⁊ ipletuȝ eſt in ea ſic
in filio ſuo illud Apoſtoli Statutum eſt omni=
bus hominibus ſemel mori.ad.heb.9.
¶ Scd̄m ꝙ virgo glorioſa mortis nexibus de
primi non potuit:quia tertia die(vt tradit hy=
ſtoria)per criſtum fuit a morte reſuſcitata: et
in corpore ⁊ in anima ſuper choros angeloruȝ
⁊ omnīū ſanctorum exaltata.per conſideratio
nem igitur deuotaȝ contemplor ꝙ in iſto me=
dio in quo mortua fuit v̄go ⁊ caro ab aīa ſepa=
ta:caro beate virginis de anima ſorore ſua ꝑ
reſurrectione ſua xp̄o filio ſuo ſupplicans inq̄t
per hunc modum.Domine non eſt tibi cure ꝙ
ſoror mea.i.anima mea que eſt ſoror mea reli
quit me ſolā miniſtrare?dic ergo illi vt me ad=
iuuet.ſ.vt ad me reuertatur:⁊ ſimul tibi in ce=
leſti gloria miniſtremus.Iſtam ſupplicationē
cauſat virgo criſto ſuo filio.tribus rationibus
⁊ motiuis rogando eum ꝙ attendat ad tria q̄
in tribus partibus noſtri thematis continent̄.
¶ Primo ad ſtatutum quod ipſe ordinauit.ſ.
Honora patreȝ tuum ⁊ matrem tuam . et hoc
tangitur in prima thematis parte quādo dicit.
Domine non eſt tibi cure.i.ſit tibi cure.
¶ Scd̄o ad debitum quod ipſa iam ſoluit iſtud
eſt debitum mortis.⁊ hoc tangit in ſecūda par
te thematis quando dicit.Soror mea.i.anima
mea reliquit me ſolam : quia per mortem ſepa
rata eſt a me:⁊ ſic relicta ſum ſola.
¶ Tertio ad titulum notabile quo ipſa eſt pri=
uilegiata titulus iſte eſt de exemtionibus qui
in virgine habet locū propter qd̄ concludit dic
ergo illi vt me adiuuet reuertendo.ſ.ad me vt
non ſim puluerizata aut incinerata.
¶ Dico primo ꝙ beata virgo ſupplicando fi=
lio pro ſua reſurrectione ⁊ eius anime ad car=
neȝ reunione:allegat ſtatutū.⁊c̄.dicendo. Do
mine non eſt tibi cure.q.d.imo ſit tibi cure.ſta
tutum preceptiuum tu ordinaſti.Honora pa=
trem tuum ⁊ matrem tuam. ad quod ſtatutuȝ
criſtus qui non venit ſoluere legem ſed adim
plere.Mat.5.Magis obligatur ſue matri:q̄ȝ
aliquis alius filius reſpectu ſue matris:i quā=
tum ipſe eſt magis filius virginis glorioſe q̄ȝ a
liquis alius filius ſue matris.Nam xp̄s totam
ſuaȝ ſbam ⁊ corpulentiam recepit a ſua matre
virgine glorioſa.q̄ȝ aliquis alius filius recipit
a patre ⁊ mr̄e.Sic virgo ⁊ xp̄s ſunt duo incar
ne vna:quia caro xp̄i eſt caro marie.⁊ ex car=
ne vna:q2 ſoluȝ de carne virginis. Alij filij cū
ſuis matribus ſunt duo non de carne vna:ſed
duorum.ſ.patris ⁊ matris.quod pulcre decla
rat magiſter Jacobus deuoragine in quodam
ſmōe de q̄dragesima btē v̄ginis qui icipit.Hic
eſt filius meus dilectus. pertractans illud Je
remi.31.Nouum creauit dominus ſuper ter=
ram femina circundabit virum duabus ratio=
nibus.Prima ſuper verbo circundabit.quia
cetere figure lineis clauduntur pluribus :cir=
cularis ſolum vna. Sic caro ceterorum filio=
ruȝ diuerſis lineis perficitur quia patris ⁊ ma
tris:generatio vero criſti dicitur circundatio:
quia facta eſt tantum de vna linea.ſ.de carne
virginea. Scd̄a ratio q2 quod circūdat̄ ex om
ni parte eſt clauſuȝ. Nam ſi in aliqua parte eſ
ſet aptū:nō eēt circūdatū.Sola btā v̄go i vte=
ro ſuū filiū circūdedit:q2 añ partū i ptu ⁊ poſt
ptū v̄go clauſa pmāſit.Cū igit̄ dicit btā v̄go fi
lio ſuo xp̄o.Tu es fili⁹ me⁹ pluſq̄ȝ aliq̄s ali⁹ fili
us ſue mr̄is.⁊ ſtatutū ⁊ p̄ceptū tuuȝ fuit Hono
ra p̄rem tuū ⁊ mr̄eȝ tuā.Cura igit̄ de lege ꝑ te
poſita honora p̄reȝ tuū ⁊ mr̄eȝ tuā tu q̄ nō veni
ſti ſoluere legē ſ3 adiplere. ſcriptū ē Tobie.4.
Honoreȝ exhibebis mr̄i.cura tibi de bono noīe.
Eccli.51.Nā ⁊ ſi deo gn̄alr cura eſt de oib⁹:ti
bi ſp̄alr cura deb3 eē de me q̄ ſuȝ mr̄ tua. Naȝ
ſcriptū eſt pria.thimoteuȝ.5.Siq̄s ſuoꝝ marie
domeſticoꝝ curaȝ non h3:eſt infideli deterior.
ſic patȝ q̄uō beata v̄go ſupplicās criſto pro re=
ſurrectiōe ſua cauſat ſupplicationē ex prio mo
tiuo.ſ.propter ſtatutum ⁊c̄.de quo debet eſſe ſi
bi cure.ideo dicit ſibi i prima parte thematis.
Domine non eſt tibi cure.ſ.i.ſit tibi cure.
¶ Dixi.2.ꝙ beata virgo ſupplicans criſto ꝑ
reſurrectione ſua: ſupplicationem ſuaȝ cauſat
ſcd̄o motiuo.ſ.propter debitum ⁊c̄.et hoc i pte
ſcd̄a thatis quando dicit.Soror mea reliq̄ me
ſolam.i.anima mea. Q2 per morteȝ ſeparata
eſt a me.Poſſet enim vel poterat chriſtus ſe
excuſſare dicendo matri ſue virgini glorioſe.
ꝙ per peccatum ade oportet oēs homies ſol
uere debitum mortis quod et ipſa ſoluit vn=
de Apl's.Statutū eſt oib⁹ hoībus ſemel mori.
ad heb.9.et.p̄s.88.Quis eſt homo q̄ viuet ⁊
non videbit mortem.Sed ad hoc beata virgo
reſpōdit.ꝙ hoc debituȝ hodie ipſa iam ſoluit:
quia de ea dicimus hodie. Regina mundi de
hoc ſeculo nequā eripitur.ſ.per mortem.¶ S3
diceret aliquis mirum videtur aſſerere ꝙ btē



ANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS

virgo fuerit mortua cum de morte ſua aliud in
Hier°. ſacra ſcriptura non reperiat̃. ⁊ dicit Hierony=
mus cōtra iouinianū. Nihil mihi dicas niſi de
ſacra ſcriptura ꝓcedat. ⁊ inde Hieronymus.
qđ de ſacris ſcripturis auctoritatē non habet:
eadem facilitate qua dr̄ contempnitur. ⁊ inde
Hieronymus magꝭ ad ꝓpoſitū. Nō inenit̃ apđ
latinos aliqs tractatoꝝ de btē marie morte ali
quid a pte dixiſſe. nullus hoc fideli⁹ enarrare
potuit ꝙ̃ Joānes euāgeliſta: q̄ hāc añ crucem
dñi accepit in ſuā. nec cōtra morē fili⁹ mr̄em re
liqui. nec tñ aliqđ in ſcript⁹ poſteris retinēdum
mādauit. ¶ Rñt̃ ad hoc. ꝙ multa fecit ihs q̄ nō
ſunt ſcripta in libro hoc. Jo. vltio. ⁊ lꝫ hoc non
habeatur ex auctoritate ſacre ſcripture: hētur
tñ ex auctoritate eccl̃ie. Sine cuius auctorita=
te ſcriptura ſacra nō habꝫ auctoritatem. vnde
Aug° Aug°. cōtra manicheū. Ego euāgelio nō cre
derē: niſi eccl̃ie ſcē me comoneret auctoritas.
Eccl̃ia hꝫ in orōne hodierna. Venerāda nob
dñe huius diei feſtiuitas opē ꝯferat ſalutarē:
In qua ſcā dei genitrix mortē ſubijt tēporalē
auctoritate igit̃ eccl̃ie ꝯmoniti: credere debe=
mus ꝙ btā vgo mortua ē tēpal̃r. Licꝫ poſt in
corpe ⁊ in aīa ſup ſcōs omnes ⁊ angelos in ce
lum ſit aſſumpta feliciter. ¶ Poſſumus ergo di
cere cum veritate illud. Nūeri. 20. Mortua
eſt maria. patꝫ igit̃ ſcōm motiuū virgis pro re
ſurrectione ſua xp̄o filio ſuo hūiliter ſuplicātiſ.
qđ eſt propter debitum ⁊c. quod eſt debitum
mortis. Hoc tangit in ſcđa thematis parte qñ
dicit. Soror mea. i. anima mea reliquit me ſo=
lam. quia per mortem ſeparata eſt a me.
¶ Dixi. 3. ⁊ vltimo pricipal̃r ꝙ btā vgo ſuppli
cans xp̄o pro reſurrectione ſua cauſat ſuā ſup=
plicationē. 3. motiuo. ſ. ꝓpter titulum ⁊c. Et
hoc tangit beata virgo in tertia pte thematis
qñ dicit. Dic ergo illi vt me adiuuet. ¶ Poſſet
enim ſibi dicere xp̄s ſe excuſſando. ꝙ non ſuffi
cit ꝙ ſoluerit debitum mortis. Sed oportet ꝙ
ſoluat debitum incinerationis ad quod obliga
tus fuit adā pro ſe ⁊ tota ſua poſteritate. Geñ.
3. ¶ Puluis es ⁊ in puluerem reuerteris. Sed
beata virgo ſibi reſpondet per regulam ⁊ titu
lum de exemtionibus. vbi habetur ꝙ perſone
priuilegiate a regulis generalibus ſunt excipi
ende. Cuꝫ igitur ipſa ſit priuilegiatiſſima poſt
filium ſuum: ergo ab illa regula In cineratio=
nis que eſt generalis eſt excipienda ad quod
allegat. 14. rationes. ¶ Prima ratio eſt ſcri=
Aug° pture diālis. quā format Auguſtinus ⁊ eſt iſta
Quia cum prima mulier que fuit cā ꝑditionis
ꝓpter ſuum pctm̄ fuerit expulſa de paradiſo ſi
mul in corpore ⁊ in anima: ꝑ conſequens vgo
maria q̄ eſt ſcā mulier debꝫ deduci in pādiſum
ſimul in corpe ⁊ in aīa. al̃r nō tam perfecta ⁊ bo
na fuiſſet mul̃r cōſtruens ⁊ repans ſicut mala
fuit mulier deſtruens ⁊ diſſipans. Sic ergo fie
ri debet vt ſicut eua fuit eiecta ſimul in corpe ⁊
in aīa de paradiſo: ꝙ virgo maria ſimul in cor
pore ⁊ in aīa in paradiſum reducatur. tenet cō
ſequentia. quia contrariorum eadem eſt diſci
plina inquit ¶ Phus. in. 6. Thopicorum.
¶ Scđa rō. q̄ eſt etiā ſacre ſcripture. grā potētī
or eſt ꝙ̃ culpa. ⁊ vbi culpa habundat: grā ſup
habūdat. ad. Ro. 5. Vbi habundauit delictū:
ſuperhabundauit ⁊ gratia. Cum igitur in eua
tantum habundauerit culpa ꝙ culpa ſimul in
corpe ⁊ in aīa eiecerit eā de pādiſo: ergo tātuꝫ
ſup habūdare debuit grā in maria cū hūit ple=
nitudinē grē: ꝙ in corpe ⁊ in aīa reduxerit eaꝫ
ad paradiſum. ¶ Tertia rō eſt q̄ etiaꝫ ſumit̃ ex
ſacra ſcriptura. Eue fuit dictū. Geñ. 3. Mul=
tiplicabo erumnas tuas ⁊ conceptus tuos. In
dolore paries filios. ⁊ ſub viri poteſtate eris.
Sicut igit̃ exemit criſtus ab iſtis virginē ma
trem ſuam. ſ. A multiplicatione cōceptus quia
nunꝙ̃ niſi ſemel ⁊ nō de viro ſed de ſpiritu ſan
cto concepit. Cum dolore non pepit: imo cum
gaudio. dicēte eccl̃ia. Dum paris ⁊ gaudes cā
tāt celi agmina laudes. xp̄m virum perfectum
ſub ſua poteſtate habuit. Nam erat ſubdictus
illis. Luc. 2°. Sicut docet tenet ⁊ predicat fi=
des catholica. Nonne ergo ſicut exemit cor=
pus virginis ab iſtis ⁊ excepit: ipſum etiam a
putredine conſeruauit? ¶ Quarta ratio ſicut
exemit corpus virgineum ab iſta regula In
dolore paries filios: cur non ⁊ ab iſta puluis
es ⁊ in puluerem reuerteris? Cauſa videtur
eſſe iſta. Quia ſicut plus voluit parcere ma=
tri parienti: ꝙ̃ ſibi naſcenti. Nam mater pepe
rit ſine dolore ⁊ cum magno gaudio. Ipſe ve=
ro mox natus cum dolore ⁊ triſtitia fuit ⁊ cum
magno planctu ⁊ fletu. Quia primam vocem
plorans ſimilem alijs hominibus emiſit vt de
eo. ſcribitur Sapie. 7. Quare ergo non ⁊ in
illo in quo pepercit ſibi moriēti. ſ. ꝙ corpus ſu
um non fuit corruptum nec in putredinē ver
ſum? vnde in. pſ. 15. Non dabis ſanctum tuū
videre corruptionem. non parcet ⁊ miſi moriē
ti. ſ. ꝙ corpus eius nō corrūperetur nec incinerē
redigeretur? rō videtur bona: quia caro xp̄i ē
caro marie ⁊ ecōuerſo. Cū ḡ caro xp̄i nō ſit ici=
nerata: ḡ nec caro marie. ⁊ ſi caro marie ē ici=
nerata: ergo ⁊ caro xp̄i cum ſint eadē caro ꝙ
non eſt dicēdū. videmus. n. cōiter ꝙ boni filij

FERDINANDVS ... PP VI VALENTINVS

amplius per tunc matri ꝙ ſibi. aliq̄ñ etiam ma
li filij. Quis ergo hoc negare audebit non de
malo nec ſolum de bono ſed ⁊ de optimo filio?
¶ Quita rõ. putredo ⁊ vermis opprobriū hūa
ne cōditiõis eſt iuxta illud. ps. 21. Ego ſū vmis
⁊ nõ hõ opprobrium hoīum ⁊ abiectio plebis.
Oprobrium contrarium eſt honori. Cū3 igiꝉ
ad filij benignitatē3 pertineat mr̄i ſeruare ho-
norem iuxta preceptum de veneratione paren
tum: ⁊ xp̄s dixit ꝙ nõ venit ſoluere legē ſ3 ad
īplere: ergo ſicut filius voluit ipſo de ea naſcēte
eius v̄ginitatem ſeruare integrā: quare ⁊ ipſa
moriente non opprobrium putredinis ⁊ corru
ptionis ab ea faciet alienum. Cum proprie v̄-
ginitati in corrupte in mente ⁊ in carne: in cor
ruptibilitas nõ ſolum mentis. Sed etiam car-
nis dēbeat pro premio merito correſpõdere? ꝙ
maxime in virgine glorioſa maria que mr̄ dei
⁊ virgo ſingularis ⁊ virginū3 v̄go ẽſt ſup oēs.
Berꝰ. Item Bernardus ſuper cantica ſmone. 2. de
xp̄o ⁊ loq̄tur de ſe ipſo. Puto me ſpernere nõ
poterit os de oſſibꝰ meis ⁊ caro de carne mea.
Si ergo nos ſpernere non põt xp̄s cum ſimus
cū3 eo de eadem carne in ſpē: quõ virginē ſper
Augꝰ net cum qua eſt eadem caro nūero. Augꝰ. To
ta tranſlata eſt virgo maria ⁊ in celū3 aſſūpta:
ne pars remaneat cum verbo: ⁊ pars cum ver (me
¶ Sexta rõ de btā virgīe. Dauid diē pre-
uidens hodiernam ꝓphetauit. ps. 44. Aſti-
tit regina a dextris tuis in veſtitu de aurato:
circūdata varietate. Certū eſt ꝙ hodie eſt di-
es coronationis regine. hodie vidit eam Joā-
nes euangeliſta amictā ſole: ⁊ lunam ſub pedi
bus eius ⁊ in capite eius corona ſtellarū3. 12.
Cum ergo in decens videatur vt in die coro-
nationis regine nõ in eodē ornatu ⁊ pulcritu-
dine corpis ⁊ veſtitu appeat cū3 rege. Et rex
in illa coronatõe apparuerit cū veſtibus ſuis re
galibus quattuor glorificati corporis ornatus
dotibus: per conſequens regina a dextris eiꝰ
aſtat hodie dicens. Apoč. 18. Sedeo vt regina
⁊ vidua non ſum ⁊ luctū3 amplius non vide-
bo. in ſimili cum rege corporis ornatu appare
bit. vt ſicut in veſtimēto regis ſcriptum ē Rex
regum ⁊ dominus dominantiū3: ⁊ in veſtimē
to regine etiam ſcriptum ſit. Reginarum regi
na ⁊ dominantium domina. Septima ratio eſt
Auguſtini. in poteſtate ſaluatoris eſt capillū3
de ſanctorum capite non perire. Luč. 21. Nun
quid ⁊ hoc facere poterit in matris corpore.
Augꝰ Auguſtinus. Si ſola ſua gratia inter crepitan
tes flammas non ſolum puerorū3 corpora ſed
⁊ veſtimenta voluit ſeruare in vita: nunquid
hoc curabit in matre propria qd̄ fecit in veſte
aliena? Jonas in ventre Ceti ſeruatus eſt. et
Daniel datꝰ intē paratiſſime fami leonū. ⁊ non
ſeruabitur maria tantis dotata meritis digni-
tatum: ⁊ ſpecialiter quia mater dei eſt ⁊ regis
hominum ⁊ angelorum? ¶ Octaua ratio. cri-
ſtus ſic voluit eſſe totus mr̄is: vt nullum car-
nalē haberet patrem. Sic voluit totam ſuam
eſſe matrem: vt alios non haberet fratres. Si
ergo noluit ex ea generari homines vellet ge-
nerare vermes? quod noluit cõicare homini-
bus: cõicabit vermibus? ¶ Nona ratio eſt. cri
ſtus dixit Joannis. 12. Ubi ego ſum ibi ⁊ mi-
niſter meus erit. Ubi eſt aduerbium locale.
Sed cum beata virgo ſuper omnes homines
mundi criſto miniſtrauit: vñ ipſa dixit. Eccli.
24. In habitatione ſancta coram ipſo mini-
ſtraui. Ergo beata virgo ibi in illo loco erit
vbi criſtus eſt. Si dicatur verum eſt ſcđm ani
mam. Replica. ꝙ ſecundum hoc. ſ. ſcđm ani-
mam etia3 ſunt omnes qui xp̄o miniſtrauerūt.
Et ſic in hoc beata v̄go ſuper alios nullū3 pri
uilegium obtineret qđ dicendum non eſt. Ite3
oppinio eſt inter doctores ꝙ ſancti qui cū xp̄o
ſurrexerunt ſunt in corpore ⁊ in anima ī celo.
⁊ hoc tenet Hieronymus. Augꝰ. oppoſitum di Hierꝰ.
cit. Si pars affirmatiua eſt vera a fortiori btā
virgo cum ſuper omnes obtineat excellentia3
ſingularem erit in corpe ⁊ in aīa in celo. ſi ne-
gatiua eſt vera ſicut dicit Augꝰ. adhuc de btā Augꝰ
v̄gīe dici deb3 ꝙ ē in corpe ⁊ ī aīa ī celo. q2 ſm
ꝙ allegat Augꝰ. Si merito ꝑ oībꝰ marie viuē
ti data eſt gr̄a: nunq̄d in morte erit minuēda?
abſit inq̄t Augꝰ. Q2 ſi oīum ſcōꝝ mors in con
ſpectu dñi ꝑcioſa: marie v̄o mors ſane ꝑcioſiſ-
Berꝰ. ſima eſt dicenda. ¶ Decima rõ eſt Bernardi.
ſic dicētis. Dignīꝰ iocale indigniori theca ſua-
ri deb3. Btā v̄go maria iocale dignū: q2 tro-
nus dei. Thalamus ⁊ tabernaculū. archa vbi
fuerūt oēs theſauri ſapie ⁊ ſcie dei: ergo digni
us erit ꝙ in celo integrū ſueꝉ: ꝙ ꝙ in terrā co
rūpatur ⁊ in puluerem redigaꝉ. Fideles ergo
catholici ⁊ đuoti beate virgini. Nolite vobis
iſtū ꝑcioſū3 theſaurū3 theſaurizare ī terra vbi
erugo ⁊ tinea demoliū: ſ3 theſaurizate eū in celꝰ
⁊ vbi eſt theſaurus tuꝰ ibi ⁊ cor tuū. Mat. 6.
¶ Undecima rõ ⁊ ē Bernardi. Deꝰ voluit ⁊
vult in reuerētiam ⁊ honore3 ſuū in terris cru
cem coronā clauos ⁊ alia paſſionis ſue inſtru-
menta. Nunquid alicubi ⁊ ſimile ⁊ plus de
matre ſua voluiſſet ſi eſſet in terris: niſi quia
maiorem honorem ſibi ſeruat in celis?
¶ Duodecima rõ eſt iſta iuris ciuilis. ff. de legi

bus.l.princeps. ¶Princeps legibus ſolutus ē.
Auguſta non: ſed ipſe tribuit ei vt eiſdem pri=
uilegijs gaudeat cū auguſto. Sed iſtud ē pri=
uilegiuꝫ auguſti ꝙ ſedet ad dexterā pr̄is i cor
pore ⁊ in aīa in celo: ſimili ḡ priuilegio debꝫ au
guſta gaudere. ¶Tredecia ratio ē iſta.ſ.ꝯueni
ēs fuit vt xp̄i reſrectio acceleraret᷑ vt reſ᷑gēdi
hoībus ſpem daret: nōne ⁊ cōueniēs fuit vt et
ſue m̄ris acceleraret᷑ reſurrectio vt reſurgen=
di mulieribus ſpem daret q̄ magis puſillani=
mes ſunt q̄ꝫ hoīes ⁊ deſidentes. ¶Quartade=
cima rō ⁊ vltīa eſt v̄tute epiq̄ye conſurgēs. de
qua virtute dicit Ariſtotel᷑. in.5.ethicoꝝ et ſan
S.tho ctus Thōas ſcd̄a ſcd̄e.q.cēteſima.20.ꝙ redu
cit ius legale ad ius naturale. Jus legale ē pul
uis es ⁊ in puluerē reuerteris. Jus naturale ē
honora pr̄em tuū ⁊ m̄rem tuā. reducat᷑ ḡ iſtud
ius legale ad naturale cuꝫ potuerit hoc facere
legiſlator v̄gis filius: ⁊ in plebib᷑ eq̄tas ex ope
filij in ſua m̄re ⁊ dicemus filio: Sanctū eſt tuū
Aug° mirabile in equitate in.ps.64. Et ſubdit Au
guſtinus in ſmōe ꝓ iſtis rōnibus ꝯfirmandis.
v. Si hoc.ſ.de v̄gis aſſūptōe nō hēt᷑ auctorita
te ſacre ſcripture: nec eſt in aliquo cōtra ſacrā
ſcripturā. Credamus ḡ pie ꝙ hec eſt veritas.
⁊ v̄itas fiat auctoritas ſine qua nihil valet au=
ctoritas. Cōcludit ḡ btā v̄go ſupplicādo filio ꝓ
ſua reſurrectōe: ⁊ in celū in corpe ⁊ in aīa aſſū
ptione. propter titulū priuilegij. ⁊c̄. dicendo fi
lio. Dic ḡ illi.ſ. aīe mee vt me adiuuet ad car=
nem reuertēdo: vt nō incineret᷑ aut puluerize=
tur. Sed rōnibus p̄dictis in corpe cuꝫ aīa ſup
oēs angelos in celū exaltet᷑ Fili igit᷑ lꝫ aīe mee
inq̄t v̄go xp̄o fac: qd̄ ſcribit᷑ in.ps.85. Fac me
cum ſignū in bonū vt videāt qui oderūt me et
cōfundant᷑: qm̄ tu dn̄e adiuuiſti me ⁊ ꝯſolatus
es me. Et ſtatim ex iſtis motiuis ſupradictis.
Supplicatio v̄gis ſup reſurrectiōe ſua ſignata
eſt ꝑ fiat: ⁊ cū honore mirabili ſup oēs choros
angelorum eſt in celum exaltata.

## Sermo decimus

Aria optimam par
tem elegit. Luc.10. et in euange=
lio hodierno. Euāgeliū hodier=
nū honorabiles dn̄i qd̄ de duabꝰ
ſororibus.ſ.maria ⁊ martha loquit᷑ l̄ralr̄: nihil
facit ad feſtiuitatē hodiernā niſi allegorice vel
figuralr̄. Nā per marthā ſignificat᷑ vita actiua
q̄ eſt bona. Per mariā vita cōtēplatiua q̄ eſt
melior ⁊ optīa. quas vitas in p̄ſenti exercet ſcā
m̄r eccl'ia. de q̄bus dicit pſalmiſta. ps.24. Vi
as tuas dn̄e demonſtra mihi: ⁊ ſemitas tuas
edoce me. Jſtas vitas in preſenti vita exercuit
btā v̄go. ⁊ q̄r dimiſſa prima vita.ſ. actiua q̄ eſt
bona: hodie trāſtulit ſe ad ſcd̄am in glīa celeſ=
ti q̄ eſt melior ⁊ optīa: id̄ dicit tha. Maria opti
mam ptē elegit. ¶Dn̄t doctores ꝙ vita cōtem
platiua eſt melior q̄ꝫ actiua. 9. rōibus quas al=
legat ſcūs Thomas in ſcd̄a ſcd̄e.q.182. arti.1. S.tho
¶Prima rō eſt. q̄r ꝯtēplatiua cōuenit hoi ſm
illud qd̄ in eo optimū eſt.ſ.ſm intellectū ⁊ reſ=
pectu obiectoꝝ intelligibiliū: actiua vero habꝫ
obiecta extriſeca. ¶Scd̄a rō. q̄r cōuēit hoi ſꝫ il
lud qd̄ ſibi ꝓpriū eſt.ſ. v̄tutes intellectuales:
actiua vero req̄rit vires inferiores q̄ ſunt cōia
hoibus ⁊ brutis. ¶Tertia rō. q̄r magis pōt eē
vnita ⁊ cōtinua. Vn̄ ⁊ maria deſcribit᷑ aſſidue
ſecus pedes dn̄i ſedens ⁊ v̄bū eius audiens:
nō ſic de martha. ¶Quarta rō. q̄r maior eſt i ea
d'lectatio. Aug°. de verbis dn̄i: Maria epula= Aug°
bat᷑: martha turbabat᷑. ¶Quinta rō. q̄r magis
ſibi ſufficiens ⁊ paucioribꝰ indiget: q̄r ſolū vnū
habꝫ neceſſariū. Secus de actiua. Nā martha
ſolicita turbabat᷑ erga plurima. ¶Sexta rō. q̄r
cōtēplatiua ꝓpter ſe diligit᷑: actiua ad cōtēpla
tiuā finalr̄ ordinat᷑/ꝯtēplatiua finis: actiua via
⁊ finis potior eſt hys q̄ ſunt ad fineꝫ Ariſtotel᷑.
in.3.ethicoꝝ. ¶Septīa rō. q̄r cōtēplatiua conſi
ſtit in quiete ⁊ ocio in.ps.33. Guſtate ⁊ videte
qm̄ ſuauis eſt dn̄s. Actiua in labore vt ſupius
dictū eſt. ¶Octaua rō. q̄r cōtēplatiua circa di=
uina ꝯſiſtit: actiua circa hūana. Aug°. vbi ſu= Aug°
pra Jn principio erat v̄bū/ecce qd̄ maria au=
diebat. Verbū caro factū eſt. Ecce tibi mar=
tha miniſtrabat. ¶Nonam rōnē addit xp̄us q̄
ſuperius eſt allegata. q̄r cōtēplatiua remanet i
via: ⁊ in p̄ria nō auferet᷑. Actiua ſolū eſt in via
⁊ in p̄ria auferet᷑. Auguſtinus vbi ſupra in pſo Aug°
nā xp̄i. Maria optimā ptē elegit. nō tu malaꝫ.
Sed illa meliorē/audi vn̄ meliorem. Q̄r non
auferet᷑ ab ea: a te auteꝫ aliq̄n auferet᷑. Aug°.
vbi ſupra hec. ¶Patet ḡ ꝙ inter duas vitas
actiuā ⁊ cōtēplatiuā quibus in p̄ſenti vita ſcā
exercet᷑ eccleſia: cōtēplatiua eſt melior imo op
tima. ⁊ q̄r iſtā elegit hodie btā virgo: aſſūpta ē
⁊ exaltata vbi tota eſt cōtēplatiua. Jdeo de ea
in thāte d̄r. Maria optimaꝫ ptē elegit. ¶Pro
ꝓſecutiōe materie p̄ſentis ſmōis ſciendum ꝙ
in.4°. rebus que ſub electione cadūt: Virgo
maria optimam partem elegit.

Primo in ſua carne mortali Virginitatem.
Scd̄o in ſtatu cōiugali Fecunditatem.
Tertio in ſua vita temporali Paupertatem.
Quarto in ſuo vultu corporali Honeſtatem.

Quinto in ſua locutione Caritatem.
Sexto in rebus ſpūalibus Humilitatem.
Septimo in rebus celeſtibus Cōitatē.
Octauo in periculis ⁊ malis Miaz ⁊ pietatē.

¶ Dico p̄io q̄ optimā ptē ⁊ pfectaz elegit ſibi maria.ſ.in ſua carne mortali v̄ginitatē. Licet bona ſit fecūditas cōiugalis.melioꝛ caſtitas vi
Beda dualis: Optima tū pfectio virginalis.ſm Bedam. Voluit deus Mariā eſſe virginē nō ſo
Ber⁹. lum mēte ⁊ carne: ſꝫ ⁊ pfeſſiōe.vt inquit Bernardus. Inter fecūditatē cōiugalē ⁊ caſtitatē
Hier⁹. vidualem ⁊ pfectionē virginalē. Hieronym⁹ faciens ꝯpatōēz p aliquas methaforas ⁊ ſilitudines dicit.q̄ virginitas eſt optīa.vñ ad victoriam v̄ginē dicit ſic. Locū hñt virginitas/caſtitas/cōiugalitas. Ita vt virginitas ſit aurū/caſtitas argentū/ꝯiugalitas ferrum. Virginitas diuitie/caſtitas mediocritas/ꝯiugalitas/pauptas. Virginitas pax/caſtitas redēptio/cōiugalitas captiuitas. Virginitas ſol/caſtitas auroꝛa/coniugalitas nox/Virginitas regina/caſtitas dña/ꝯiugalitas ancilla. Quia igitur btā virgo in ſua carne mortali iſtā ſuper alias elegit: p cōſequēs optimā ptē elegit. Ipa Judic merito dici pōt q̄ lacrimis pñie corp⁹ ſuum lauit.i.opa carnis non hñit ⁊ vnxit ſe mirto optio.ſ.carnis mortificatōe: ⁊ v̄tutū odoꝛe.

¶ Scdō btā v̄go elegit i ſta (Judi.in.ca.10 tu cōiugali fecūditatē. In iſto ſtatu optimū eſt fecūditas: cum ꝯiugalitatis ⁊ matrimonij ſit finis. Et finis melioꝛ ſit imo optimū ſup omia q̄ ſunt ad finem. Btā virgo in ſtatu cōiugalitatꝭ hñit ſuper oēs mulieres optimū. Hñit deū patrem virū.⁊ ipa fuit eius vxoꝛ. q2 videmus q̄ qñ vnus hō ⁊ vna mulier hñt eūdem filium caſte ⁊ legitime gñatum. Vir dr̄ maritus ⁊ mulier dr̄ vxoꝛ. Pro tāto deus pr̄ dr̄ vir eius: ⁊ ipa eius vxoꝛ q2 hñt eūdem filium.ſ.xp̄m. Ad iſtū intellectū de ea dicit pſalmiſta.ps.127. Vxoꝛ tua ſicut vitis habūdās in lateribus dom⁹ tue. Filius eius gñatus eſt optimus: q2 hꝫ p̄rēz optimū ⁊ m̄rem optimam.vñ poſſumus dr̄e filio Tobie.10. Filius optimi viri es tu. Btā v̄go eſt mr̄ optia.ipa ſumpſit de optimis terre frugibus: ⁊ dedit viro ſuo.ſ.deo p̄ri munera ieſum filiū ſuum. Gen̄.43. Propter qd̄ xp̄s eius filius dr̄ datū optimū ⁊ donum pfectuꝫ: deſcēdēs a p̄re luminum. Jaco.primo.

¶ Tertio btā virgo elegit in ſua vita tēpoꝛali
Ber⁹. pauptatē. Bernardus. Maria mr̄ dei ita paupercula fuit: q̄ vix ad inuoluendū filiuz pānos hr̄e potuit.⁊ pſepe ad reclinandū: ⁊ locū ad reponendum. q̄ aūt in tēpoꝛalib⁹ pauptas ſit optimum: patet exemplo ſaluatoris de quo dicit Bernardus. q̄ cū oīa bona habūdarēt i celis: ſola pauptas ibi deficiebat. pp̄ter qd̄ filius dei deſcēdit de celis: vt ſibi eā copularet in terris. Qꝫ etiam ſue glioſiſſime m̄ri ⁊ ſocijs ſuis aplis cōicauit.iuxta illud Jaco.5. Nonne deus elegit paupes in hoc mūdo heredes regni qd̄ pmiſit deus diligētibus ſe? Et vere optīa paupertas: q̄ hoiez facit beatū. Mat.5. Beati pauperes ſpū: qm̄ ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ. Vere optima pauptas: q̄ facit deo ppinquuz.vñ paſtores paupes de propinquo venerūt ad xp̄m eadem die qua fuit eis nūciata xp̄i natiuitas. q2 i regione eadē erāt vigilātes ⁊ cuſtodiētes vigilias noctis ſupra gregē ſuū. quē inuenerunt in maria pauptate: q2 pānis inuolutum ⁊ poſitū in pſepio. Luc.2. Diuites vero reges: de valde lōge ad xp̄m venerūt q2 de oriente ⁊ in.13. diebus. Mat.2. Beata virgo in ſua vita temporali iſtā pauptatē cū filio ſuo elegit q̄ eſt optima: q2 hoiem facit deo ppinquū ⁊ beatū. ppt qd̄ dicit ſibi ſpōſus. Cant.in.ca.p̄io. Meliora ſunt vbera tua: q̄bus cū puo lacte in pauptate xp̄m lactaſti: vino diuitiaꝝ. q2 diuitie homines letificant ſicut vinū. fragrātia vnguentis optīs. v̄tutuꝫ ⁊ grāꝝ.

¶ Dixi.4. q̄ btā virgo elegit in ſuo vultu coꝛpali honeſtatē. Dicit beatus Hieronymus in libro de ortu v̄gis. q̄ Hier⁹
cum eēt btā virgo triuꝫ annoꝝ ita macro geſtu incedebat. pfecte loq̄bať. ⁊ dei laudibus vacabat: vt nō infantula putareť ſꝫ magna. Fuit in moꝛibus etiam honeſta. in ꝯuerſatōe placida: in vita ſcā. vñ Ambroſius de ſctā virginitate. Ambroſi⁹
Talis fuit maria: vt eius vnius vita oium fuerit diſciplina. hoc eſt optimuꝫ qd̄ pōt eē ſpālr̄ i mulieribus. propter qd̄ poſſumus dicere de beata virgine q̄ fuit v̄tute decoꝛa/optīa glia/et optimis oꝑibus oꝛnata.2. Macha.in.ca.5.

¶ Dixi.5. q̄ btā virgo elegit in ſua locutione tarditatē ſcribiť Prouer.10. Sermo oportunus optimus ē. Tūc ſmo eſt opoꝛtun⁹: qñ pfertur breuiter. pp̄ter qd̄ Seneca. Volo te ad Sene.
ſūmū eſſe breuiloquꝫ. pp̄ter qd̄ dixit Hierony Hier⁹.
mus. prius veniat ſmo ad limina q̄ ad linguā. Iſtud optimū qd̄ eſt in locutionibus elegit beata virgo. Nā breuiter ⁊ prudētiſſime eſt locuta. Reuolue oīa euangelia. ⁊ inuenies btām v̄ginem breuiſſime eē locutā: ⁊ paucis verbis. Quia ſolū.7. ⁊ plurius verbum qd̄ dixit: fuit i oōne in qua dixit. Magnificat aīa mea dñz. in quo inſtruxit nos q̄ verbis oꝛonis plurimis inſiſtere debemus. Qꝫ optime ⁊ vtilr̄ btā virgo fuerit loquuta lꝫ breuiter: trib⁹ v̄bis ſuis ſpālr̄



DER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS DE

patet in quibus deus opatus eſt mirabiliter.
¶ Primo in verbo eius locutionis qñ Eliſabeth
ſalutauit. Qꝛ ad illud verbũ infans in ei⁹ vte
ro exultauit. Luc. i. ¶ Scđo in verbo eius locu
tionis: qñ in nuptijs dixit. Uinũ non hñt / ⁊ fi=
lio ⁊ miniſtris / q̃cunq; dixerit vobis facite / qꝛ
ibi xp̃s aquã in vinũ cõuertit. ¶ Tertio in ver=
bo locutionis qñ filio dixit cuȝ dolore. Fili q̃d
feciſti nobis ſic. Qꝛ xp̃s ab inceptis deſiſtit. et
infem ſequutus: ſibi ſubdictus fuit. Nã deſcẽ
dit cum illis ⁊ venit in nazareth: ⁊ erat ſubdi=
ctus illis Luc. 2. Ecce ſmo btẽ virgis breuis
⁊ tardus: ⁊ iuxta ſniam apli ſale cõditus. Sci=
uit bñ btã virgo illud Jaco. p̃⁹. Sit oĩs hõ ve=
lox ad audiendũ: ⁊ tardus ad loquẽdũ. Et il=
Sene. lud Senece. Utere frequẽtius auribus q̃ lin
gua. quare cõcludit ꝙ in ſua loquutiõe elegit
optimũ qꝛ tarditatẽ ⁊ breuitateȝ. Ipſa eſt vna
de nũero illoꝝ de q̃bus dixit xp̃us. Luc. 8. Hij
ſunt qui in corde bono ⁊ optio audiẽtes: x̃buȝ
retinent ⁊ fructum afferunt in paciencia.
¶ Dixi. 6. ꝙ btã virgo elegit in rebus ſpũali=
bus hũilitatẽ. In edifitio optimũ ꝙ põt eſſe eſt
Am= fundamẽtũ. Et de btã virgine q̃ ſm Ambroſi
broſi⁹. um in libro de ſcã x̃gitate fuit corde hũilis. x̃=
Hier⁹. bũ grauis. Dicit Hieronymus in ſmõe de aſſũ=
ptione ſic. Pria marie x̃tus fundamentũ om
niũ x̃tutũ ⁊ cuſtos / hũilitas fuit / ⁊ de ipa glo
riatur. d. Qꝛ reſpexit hũilitatẽ ancille ſue: ec=
ce enim ex hoc ⁊c̃. O q̃ȝ optimũ fundamẽtũ fe
cit in edifitio virtutũ ſpũalium qñ dixit. Ecce
ancilla dñi fiat mihi ⁊c̃. Ipa fuit figurata in iu
dith qñ angelo ab ea expectãti cõſenſum ⁊ ipa
aſſenciendo dixit. Ecce ancilla dñi. q. ꝙ rñdẽ
do ⁊ cõſentiendo dixit Sicut altera iudith an
gelo ſic. Que ſum ego vt cõtradicã dño meo?
Dñe qđ erit ante oculos eius bonũ ⁊ optimuȝ
faciam. q̃cq̃d antẽ illi placuerit: hoc mihi erit
optimum omnibus diebus vite mee.
¶ Dixi. 7. ꝙ btã virgo elegit in rebus celeſti=
bus cõitatẽ in regno celorũ ⁊ glĩa ſcõꝝ. Deus
x̃tutũ cui⁹ eſt totũ qđ eſt optimũ: hoc habȝ op
timũ ꝙ oĩum eſt cõis. Nã deus ibi ẽ oĩa in om
nibus. pria. ad. Cor. 15. Et hoc etiã ibi hȝ vir=
Ber⁹. go maria optimũ: ꝙ tota ẽ de cõi. naȝ ſm Ber
nardũ. In celeſti glĩa angelus ab ea recipit le
titiam / tota trinitas glĩam / filij perſona carnis
hũane ſbam / ⁊ occurſus. ſ. x̃gis ad q̃lȝ ſan=
ctorum in glĩa vſq; ad ſũmũ eius: neq; ẽ qui ſe
abſcõdat a calore eius. ⁊ licet btã x̃go hoc ha=
beat optimũ in glĩa ꝙ tota ſit de cõi: ſpãlr tñ ip
ſa eſt filij ſui ⁊ filius ſuus eſt ipi⁹. ⁊ ꝓ iſto ſtatu
ipſa dicit filio illud. Luc. 15. Fili tu ſemꝑ mecũ
es: ⁊ omnia mea tua ſunt: ⁊ tua mea ſunt. De
iſto optimo qđ eſt cõitas in glĩa celeſti de bea=
ta virgine: ſcribit. i⁹. Re. 9. Cuius erũt queq;
optia iſrael. Nõne regis. ſ. filij x̃gis ⁊ ꝑ conſe
quẽs iſtud optimũ erit ⁊ regine m̃ris: qꝛ rex ⁊
regina totum hñt ꝓ indiuiſo. Iſta enim duo
pronõia meũ ⁊ tuũ: inter eos diuiſa ⁊ ſeparata
nullatenꝰ repiũt. ¶ Dixi. 8. ⁊ vltio ꝙ btã x̃go
elegit in ꝑiculis ⁊ malis miam ⁊ pietatẽ. Pec
catores in hoc mũdo ſunt tribulati afflicti ⁊ ꝓ
pter pctm̃ miſi. Qꝛ miſos facit populos pctm̃
Prouer. 14. Sed inter mala nr̃a ⁊ ꝑicula ac
miſias: ipa ſua pietate ⁊ gr̃a elegit pietatẽ. In
mari. n. huius mũdi interfluctus maximos et
ꝑicula laborantibus: optimũ (in tali caſu i ma
ri ꝑiclitãtibus) eſt hře vnã cordã ad quã recur
rãt vt eam firmiter teneãt. vt poſſint a malis pe
riculis liberari. Iſta corda ẽ x̃gis marie pie=
tas ⁊ mia. ſm enim Senecã. Miſicordia vici Sene
na eſt miſie trahitq; nomẽ ex ea. Nã mia ideȝ
eſt ꝙ miſoꝝ corda. Ad eius miam ſicut ad mi
ſoꝝ cordam recurrimus in huius mũdi malis
ꝑiculis cõſtituti qñ ſibi dicimus. Salue regina
mie. Uñ Ber⁹. loquẽdo ꝓ nobis cũ virgĩe di Ber⁹.
cit ſibi ſic. Nos x̃go tui ſuuli tibi gaudemus i
x̃tutibus ceteris. Sed in mia potius nobis ip
ſis / laudamus x̃ginitatẽ / imitamur hũilitatẽ /
ſ mia miſis ſapit dulcius. Hanc amplectimur
carius / recordamur ſepius / ⁊ crebrius inuo=
camus / hec Ber⁹. Hoc eſt nobis optimũ qđ in
nr̃is ꝑiculis ⁊ malis btã virgo elegit. ſ. miam
⁊ pietatẽ. hoc facit ſua gr̃a qua ſtabilimur / cõ=
fortamur / roboramur / optimũ eſt enim gr̃a. ſ.
beate virginis ſtabilire cor. ad. heb. in. cap. 13.
¶ Patet ergo ꝙ in. 8. rebus eligibilib⁹ beata
virgo habuit electionem in quibus ſemper eli
git optimum.
Prio i ſua carne mortali x̃gitatẽ qđ ẽ optimũ
Scđo in ſtatu ꝯiugali fecũditatẽ qđ ẽ optimũ.
Tertio i ſua vita tẽpali pauꝑtatẽ qđ ẽ optimũ.
Quarto in ſuo geſtu corporali honeſtateȝ qđ
eſt optimum.
Quito i ſuo ſ̃e ⁊ loq̃ tarditatẽ qđ eſt optimũ.
Sexto in rebus ſpiritualibus humilitatem qđ
eſt optimum.
Septimo in rebus celeſtibus cõitatem quod
eſt optimum.
Octauo in ꝑiculis ⁊ malis miam ⁊ pietatẽ qđ
eſt optimum. vñ ſeq̃t ꝙ cũ veritate poſſum⁹ di
cere ⁊ de ea th̃a cõcludere. Maria optimam
partem elegit.

## Sermo vndecimus

Maria optimã par
tem elegit. Luc. 10. et in euan=
gelio hodierno. Repio ex ſacra
ſcriptura ꝙ vita hominũ ex ſua
latitudine diuidit in tres ptes. ſ. in vitam natu
re ⁊ iſta pars bona eſt. In vitã grẽ ⁊ iſta pars
melior eſt. In vitã glie ⁊ iſta pars optia ẽ. Iſtã
ptẽ elegit hodie vgo maria: bñ ergo tha de ea
dicit. Maria optimã ptẽ elegit. ¶ Et debemꝰ
hic notare ꝙ iſtã electionẽ cũ virgie maria nõ
faciũt hodie quattuor genera perſonarum.
¶ Prio dãnati inferno deputati. Nam electio
iſtoꝝ ptis peſſime eſt. de iſtis dicit Pſalmiſta.
ps. 33. Mors pcatoꝝ peſſima. ⁊ lz ꝓ nunc ſolũ
iſtorum in iferno ſit aia: tñ finalr ibi deſcendẽt
viuẽtes vita nature in corpe ⁊ i aia. vbi ignis/
grando/nix/glacies/⁊ ſpũs ꝓcellaꝝ ps cali=
cis coꝝ. vt dr. ps. 10. ¶ Scdo nõ faciũt iſtã ele=
ctionem hodie cũ virgine marie pctõres i hoc
mundo in vicijs delectati. Nam electio iſtorũ
ptis: mala eſt. In vicijs enim ⁊ pctis viuere:
malum eſt. dicũt eligendo iſti Sapie. 2. Veni
te fruamur bonis q̃ in terra ſunt/vino pcioſo/
⁊ vnguẽtis nos impleamus/coronemus nos
roſis: anteꝙ̃ marceſcãt. nõ ſit pratuz qd non ꝑ
trãſeat luxuria nr̃a. qñ hec eſt ps nr̃a ⁊ hec eſt
¶ Tertio nõ faciũt hodie electionem (ſors.
iſtius ptis cũ vgine maria pfecti actiui circa ꝓ
ximũ occupati. que ps bona ẽ. actiui q̃ circa ꝓ
ximos p opa pietatis intẽdũt: deo fuiũt ⁊ i hoc
ſibi adherent. ⁊ quilz coꝝ cũ Pſalmiſta dicit
ps. 72. Mihi aũt adherere deo bonũ eſt. pars
bona iſtoꝝ eſt illa de qua dr Eccli. 26. Pars
bona mulier bona. Sunt enim ſicut bone mu=
lieres que libentius exercẽt opera pietatis.
¶ Quarto electionẽ iſtius ptis faciũt hodie cũ
vgine maria Oẽs ſci ⁊ beati: qui in cõtẽplati
one glie exiſtũt. que ps optia eſt. de qua tha di
cit. Maria optimã ptẽ elegit. ¶ Aliter poſſumꝰ
introducere iſtud thema ſic. Hodie feſtiuamꝰ
de aſſũptõe vgis glorioſe q̃ in hereditate dñi.
ſ. in glia celeſti ꝓ parte hereditatis ſue elegit
hĩc deũ. vñ dicit cum Dauid. pñe ſuo in. ps. 15.
Dñs pars hereditatis mee. ꝓ die hodierna fi=
lio ſuo quã in celũ ſup oẽs ſcõs ⁊ angelos aſſũ
pſit. dicit Tenuiſti manũ dexterã meã ⁊ in vo
lũtate tua deduxiſti me ⁊ cum gloria ſuſcepiſti
me. Defecit caro mea ⁊ cor meũ. ſ. a mũdo deꝰ
cordis mei ⁊ ps mea deus in eternuz. ps. 72.
Si igit btã virgo hodie in glia celeſti pro par
te hereditatis ſue elegit hĩc deũ: ⁊ deus ẽ opti
mũ qd eſt in rebus: vñ in orõne dicimus Deꝰ
virtutum cuius eſt totum qd eſt optimum. Se
quit igit ꝙ thema bñ de virgie maria cõcludi
tur. Maria optimã ptẽ elegit. ¶ Verũ q2 euan
geliũ hodiernũ lr̃alr loquit de duabus ſorori=
bus. ſ. martha/⁊ maria/per quas due vite. ſ.
actiua ⁊ cõtẽplatiua intelligũtur. q̃ vie ſunt di
recte eundi in celũ hoibus pfectis in hoc mun
do quas ſcire volebat ⁊ deſiderabat dauid. qñ
dicebat. Vias tuas dñe demonſtra mihi ⁊ ſe=
mittas tuas edoce me. ps. 24. Et qualz iſtaꝝ tenuit xp̄s ſm Gregoriũ. 28. moraliũ. Q2 cri Greg.
ſtus aliqñ deſcendit ad ciuitatem pdicare ⁊ in
firmos curare: qd ptinet ad actiuã. aliqñ aſcẽ=
dit ad mõtẽ ſolus orare: qd ptinet ad cõtẽplati
uam. q2 igit ex xp̄i ſnia in euangelio hodierno
Vita actiua eſt bona ⁊ cõtemplatiua melior ⁊
iſtã hodie elegit btã virgo ſeqt ergo ꝙ Ma=
ria optimã ptẽ elegit. ¶ Pro materia ſmonis
pſentis euãgeliũ hodiernũ nõ ſolum lr̃alr ſ; fi=
guralr ⁊ allegorice declarãdo. q2 in iſto ſenſu
allegorico ptinet ad ſolẽnitatẽ hodiernaz: in p
ſenti ſmõe de martha ⁊ maria q̃ ſunt actiua vi
ta ⁊ cõtẽplatiua de q̃bus euangeliuz loquitur.
intendo componere tres tractatus.
Primus tractatus erit de vnione ꝙ inter ſo=
rores dilectio faciebat.
Scdus tractatus erit de excellentia marie ſu=
per martham.
Tertiꝰ tractatꝰ erit d ſnia quã audiuit martha
q̃ ponit in thate. Maria optimã ptẽ elegit.

## Prima pars.

Dixi prio ꝙ primus tractatus erit de
martha ⁊ maria de q̃bus euãge
liũ loquit de vnione ⁊c. Et ſuper hoc dicit euã
geliũ hodiernum ꝙ erãt ſorores. vñ textus lo=
quendo de martha dicit. Huic erat ſoror noie
maria. Allegorice ſic. Vita actiua ⁊ cõtẽplati
ua in preſenti vita: ſorores ſunt q̃ ſimul hitãt ſi
mul ſtãt. Nam ſicut dicit Bernardus ſmone. Berꝰ.
51. Super cantica. Cõtubernalis ſunt. inuicez
hitãt piter. eſt quippe ſoror marie martha. ali=
qñ ſponſa. i. aia cõtẽplatiua eſt in ſõno qetis. i.
cõtemplationis: ⁊ dicit. In pace in idipm dor=
miam ⁊ reqeſcaz. Tũc dicit ſpõſus alijs deuo
tis aiabus. adiuro vos filie hierlm nõ euigila=
re faciatis dilectã meã. Sed poſtea ſpõſus eaz
ſuſcitat a tali cõtẽplatione: vt per opa actionis
ſaluti intẽdat primoꝝ. dicit cum ſibi Cant. 2.
Surge propera amica mea ⁊ veni. ſuper quo
dicit Bernardus. Quotiẽs ſpõſa a cõtẽplati= Berꝰ.
ua corruit: in actiuã ſe recipit. de quo nõ debet
triſtari. nã inqt. nec eſt vñ ſubeat mẽtẽ. q. ꝓ in

ANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS D

termiſſo interuallo iocunde contemplationis triſtitia cũ talibus fuerit iocũdata florib' atq; fructibus pietatis. Dicit eniꝫ Bernardus. de ſe ipo. Paciẽter ego auellor ab in fecũde rachel' amplexibus: vt mihi exuberet fruct' profectuũ vr̃oꝝ. minime prorſus pigebat me i turbate quietis: p cura ſmõis cũ video in vobis germinare ſemen meũ: atq; ex eo augeri incrementa iuſticie vr̃e. Caritas eniꝫ q̃ nõ q̃rit que ſua ſunt: iã id dudum facile pſuaſit: nl. ſ. deſiderabilium meoꝝ vr̃is pferre vtilitatibus. /orare/legere/ſcribere/ meditari/ ꝛ ſi qua alia ſpũalis ſtudij lucra: hec arbitratus ſum ꝓpter vos detrimenta. ¶ Pat; ergo q martha ꝛ maria. i. vita actiua ꝛ contẽplatiua: in pſenti vita magnã vnionẽ hñt qꝛ ſorores ſunt/ſimul ſtãt/ ſimul hitant/ ꝛ de actiua q̃ prior tpe ſic lia lippa oculis: aſcendit ad cõtẽplatiuã. ꝛ de cõtemplatiua venuſta ꝛ poſterior tẽpe ſicut rachel: deſcendit ad actiuã. ¶ Sed diceret aliq̃s. Quare deus in pſenti vita inter marthã ꝛ mariaꝫ. cõtemplatiuã ꝛ actiuã tãtã ligaꝫ voluit: q ſint ſorores q ſimul hitẽt ꝛ ſtent. nunq̃d fuiſſ; melius eas ſepare vt eſſet in pſenti vita impfectis hoĩbus ſola actiua. vel ſola cõtẽplatiua: vel aliq̃ eſſent ſolũ actiui. Alij ſolum cõtẽplatiui. et non ſolũ ſimul opteret ꝛ eẽt neceſſariũ q ſimul eẽnt. aliq̃ ꝯtẽplatiui aliq̃ actiui. ¶ Rñ' q nõ fuit expediens diſſoluere iſtã germanitatẽ propter duas rõnes. ¶ Pria rõ eſt naturalis ꝛ rõni cõformis. Ariſtotel' de problemmatib' pticula. ſexta problemmate. xo. querit iſtã queſtionem. Quare magis hõ laborat ambulando viã planã: q̃ ambulando nõ planã. ſ aliquãtulũ montuoſam. ¶ Et rñdit Ariſtotel'. q ambulãdo viam planã: cõtinue incedit vniformiter. ꝛ vniformiter fatigant mẽbra ꝛ inſtrumẽta quibus motus exercet. ſicut genua/cura/tibie. quia in hys cõtinue ſuat vnus modus vna figura mouendi. In motu vero nõ plano vbi aliq̃ aſcenditur. aliq̃ deſcendit: nõ eadem figura mot' obſuatur. Sed mẽbra aliqua plus: aliqua minus vexãtur. qđ pat;. qꝛ aſcendendo plus laborat in tibijs ꝛ genibus. deſcendẽdo in femoribus. ꝛ ꝓpter iſtã alternationẽ laboris inter ptes ſupra genua ꝛ ſub genua: cõiter eſt minor labor ꝛ minor fatigatio. Iſto mõ moraliter ad ꝓpoſitũ redeũdo cõtingit hoĩ viuenti in hoc mũdo virtuoſe. fragilitas. n. hũana nullo modo ſuſtinet aut pmittit q mens hoĩs vniformiter exerceat in cõtẽplando ꝛ aſcendẽdo ad celeſtia. qꝛ corpus nimis fatigaret: l; aĩa recrearet. vñ neruus femoris Jacob in lucta cũ angelo cõtemplatiua emarcuit. Geñ. 32. Nec iterum expedit q hõ ſemp deſcẽdat ad terreſtria per opa actiue. qꝛ occupando ſe circa temporalia pris diſpẽſanda: aĩa deſicaret ꝛ arida efficeretur. q̃ p cõtẽplationẽ ꝛ orõnẽ ꝛ diuinam laudẽ impiguat. ꝛ iõ oportet ſic vitaꝫ virtuoſi hoĩs alternare: q aliq̃ p cõtẽplatiuã aſcẽdat deo fruẽdo. Aliq̃ p actiuã deſcendat proximũ adiuuãdo. hoc vidit Jacob i figura. Geñ. 28. Qñ vidit ſcalã ſuper terrã cuius cacumen tãgebat celũ. ꝛ dñm innixũ ſcale. ꝛ angelos aſcẽdentes ꝛ deſcendẽtes p ſcalã. Scala eſt vita ꝛ ſtatus pſens p quã ad celũ itur. ꝛ ad celum angelos aſcendẽtes: ſignificat illos q̃ viuũt vita ꝯtẽplatiua. deſcendẽtes: ſignificat illos q̃ vita actiua. primi aſcendũt ad deũ per cõtemplationem: ꝛ illumet. ſcđo deſcendunt ad ꝓximũ per actionem. Sic martha ꝛ maria. actiua ꝛ ꝯtemplatiua. ſorores ſunt in pſenti vita: nec valent aliqualr ſepari. ¶ Scđa rõ quare iſta germanitas inter martham ꝛ mariã actiuã ꝛ ꝯtẽplatiuã in pſenti vita diſſolui nõ põt: eſt qꝛ pceptũ de dilectiõe dei ꝛ de dilectiõe ꝓximi in tm̃ ſunt ligati in amore: q quaſi due ſorores ſunt ꝛ coruꝫ liga diſſolui nõ põt in vita pſenti: qꝛ nec dilectio dei ſine dilectiõe proximi eẽ val;. qꝛ ſm Aplm̃. ad. Ro. 12. Qui diligit proximũ: legeꝫ implet. et xp̃s. Mat. 22. In hys duobus mandatis vniuerſa lex pẽdet ꝛ prophe. ſm Bedã. Actiua vita eſt qua proximo in caritate ſociamur. Cõtẽplatiua ẽ q̃ in dei amore ſuſpiram'. Sequit ergo q iſte due vite tanq̃ due ſorores magnã ligam hñt amoris: ꝛ nullatenus diſſolui poſſunt in via: ꝛ l; cõtẽplatiua ſit ſimplr melior ꝛ pfectior: tñ in caſu pro iuuamine ꝓximi ꝛ caritate magis actiua eſt eligenda. ſicut dicit Ariſtotel'. in. 3. Thopicoꝝ. q phari eſt melius q̃ ditari. ſ ditari: melius eſt quam phari neceſſitatẽ pacienti. Ex iſta imaginatiõe Bernardus ſup cantica. 11. p'. cap. ſuper illo qđ ſponſa oſculũ petijt ſpõſi dicens. Oſculetur me oſculo oris ſui in eo qđ ſponſa deſiderat cõtẽplatiuaꝫ: prefert actiuã ꝯtẽplatiue. qꝛ vero rñdet ſponſus denegando oſculũ ſponſe ſibi dicẽdo. Meliora ſunt vbera tua vino. Bernardus contra ſpõſam q̃ petit oſculũ contẽplatõis: in perſona ſpõſi dicit ſibi ſic. Oſculũ q̃dem qđ poſtulas: te q̃dem delectat. Sed vbera quib' puulos alis quos ꝛ paris: meliora ſũt vino ꝯtẽplatõis. hoc eſt neceſſarior. Aliũ ſiq̃dem eſt q vinuꝫ letificat coꝛ hoĩs: ꝛ aliũ qđ edificat multos. ꝛ ſi rachel formoſior: lia tñ fecũdior eſt. Noli ergo nimis inſiſtere oculis ꝯtemplationis: qꝛ meliora

Beda

Ber'.

Ber°. ſunt vbera predicationis. ⁊ de ſe ipo dicit Ber
nardus ad iſtud ꝓpoſitū in quodaꝫ ſmone. ꝙ
dum actiuā dimittēdo ſimplr cōtēplationi va=
carē: ⁊ in ea nimis delectarer. Habui ꝓpoſituꝫ
firmum ad actiuā nō deſcendere. in quo perſti=
tiſſē: niſi qꝛ venerūt inqt diſcipuli ⁊ in dignati
ſunt cōtra me. d. vt quid pditio hec? potuit eni
vnguētū iſtud cōtēplatiōis venūdari multo ⁊
dari paupibus ꝑ actiuā p̄dicationis. ¶ Sed di=
cetis ꝙ nō eſt bona ꝯpatio facta de germanita
te marthe ⁊ marie. actiue ⁊ cōtēplatiue. ⁊ dile
ctione dei ⁊ ꝓximi in hac vita. qꝛ martha acti=
ua nō remanebit in p̄ria: dilecto tñ proximi re=
manebit. ¶ Rñ°. ꝙ dilectio ꝓximi ı̄ p̄ria rema
Aug° nebit ſicut dilectio dei. imo dicit btūs Aug°. in
libro de diligendo deū. ꝙ iſta duo p̄cepta ſolū
in p̄ria implebūtur / verūtñ / lꝫ dilectio ꝓximi ı̄
p̄ria remaneat: nō tñ remanebit ibi ꝑ actiuam
ẜ per cōtēplatiuā. ⁊ martha ibi cōuertet̄ in ma
riam. Ad ꝓpoſitū hec applicando. glorioſa v̄=
go maria in preſenti vita fuit maria ⁊ martha.
odili°. maria ꝑ cōtemplationē. Vñ de ea dicit Odili°
cluniaceñ. Vnū pro certo ſcimus ꝙ omis marie
vita ⁊ actio: ſemꝑ intēta fuit in dño. Fuit etiam
martha ꝑ actionem ⁊ miniſteriū. Miniſtrauit
enim xp̄o ſicut martha in. 7. opibus mie. hēs
in ſmōe iſtius feſti qui incipit. In hitatōe ſan=
cta corā ipo miniſtraui. vñ tota trinitas ſibi di=
cit illud qd̄ dixit Eliſeus mulieri ⁊ ſunamitte.
4. Re. 4. Ecce ſedule in omibus miniſtraſti
nobis. ¶ Vñ cōcludo ⁊ pficio primū tractatuꝫ
nr̄i ſmōis de martha ⁊ maria de qbus loquit̄
euāgeliū hodiernū. de vnione quā faciebat in=
ter eas dilectio. Erāt enim ſorores. dicit tert°
euangeliū. ꝙ intrauit ihs in quoddaꝫ caſtellū:
⁊ mulier qdā martha noie excepit illū in domū
ſuā. ⁊ huic erat ſoror nomine maria.

## Secunda pars

¶ Secundus pricipalis tractat° nr̄i
ſermōis erit de iſtꝭ du=
abus ſororibus de excellētia marie ⁊c. allego=
rice ẜꝫ qd̄ dictū eſt maria. i. vita cōtemplatiua
ſimplr pfectior ē q̄ꝫ martha actiua. Sed iſtud
auātagium ⁊ iſta pfectio in textu euangeliȷ̄ ex
plicat̄ ſingulariter in. 5. ¶ Prio qꝛ martha ve
xabat̄ ⁊ laborabat. Maria vero ſedebat ⁊ qui
eſcebat. qꝛ d̄ martha d̄r ꝙ ſtetit ⁊ ſolicita erat:
de maria ꝙ ſedebat. ¶ Scdo quia martha dicit
textus ꝙ murmurabat ꝯtra ſororē. d. Dñe eſt
tibi cure. ⁊c. Maria nō legit̄ ꝙ ſemꝑ iſta mur
muratiōe aliqd marthe dixerit: ẜ tacuit. ¶ Ter
tio qꝛ marthe dixit xp̄s Turbaris erga pluri=
ma. Maria deuota ſolum ſedens ſecus pedes
dñi audiebat verbum illius. ¶ Quarto qꝛ mar
tha tota in ſe diuiſa erat qꝛ dicit textus ꝙ ſata
gebat circa frequēs miniſteriuꝫ. Maria vero
tota in ſe recollecta ⁊ vnita ⁊ propter eam di=
xit xp̄s Vnū eſt neceſſariuꝫ. ¶ Quinto ⁊ vltio
qꝛ pars quā martha elegit defecit: marie aūt
non. vñ dicit xp̄s. Non auferet̄ ab ea.
¶ Dico prio ꝙ primū auātagiū ⁊ pfectio quā
habuit maria ſuꝑ marthā: fuit qꝛ martha labo
rabat ⁊c. De martha d̄r ꝙ ſtetit qd̄ inducit la=
borem. ⁊ ꝙ ſolicita erat. qd̄ inducit vexationē.
dicit gloſa ſuper illud Act. 7. Ecce video ce=
los aptos ⁊ ieſum ſtātē ⁊c. Stare pugnātis vel
adiuuātis eſt in pugna: ⁊ alterius adiutorio la
bor eſt. In ſolicitudine vexatio eſt. propter qd̄
dicit Hieronymus ſuꝑ illo v̄bo xp̄i Nolite ſoli hier°.
citi eſſe dicētes Quid māducabim° ⁊c. Mat.
6. ꝙ labor eſt exercendus ⁊ ſolicitudo tollēda
De maria d̄r ꝙ ſedebat. Sedere qes eſt ⁊ ma
gnū auātagium. qꝛ ſcd̄m ꝙ dicit phs in. 7. phi
ſicorum. Sedendo ⁊ qeſcendo fit aia prudēs.
Iſtud auātagium hūit btā v̄go in vita p̄ſenti.
qꝛ non ſolum in opibus marie cōtēplatiue que
exercuit nō laborauit: ẜ etiā in opibus marthe
actiue laborē nō hūit nec fatigationeꝫ. nec cor
poris laſſitudinē ẜ recreationē. vñ labor ſuus
erat fructuoſus. ⁊ ſm ꝙ dicit Seneca. Fructu Sene.
oſus labor gnoſos aios non fatigat ſed recreat
ſm Ambroſiū de ſcā v̄ginitate. ¶ Poſt aſcenſio Am=
nem dñi ſanctuaria. ſ. loca paſſionis reſurrecti broſi°.
